



**Collatio iuris ciuilis et canonici, maximam adferens boni & aequi cognitionem. : Explicatio L. Diffamari. C. De ingenu. manu. De executoribus item ultimarum uoluntatum.**

<https://hdl.handle.net/1874/433515>



oct.  
59 3.

**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

127













L. oct.

259<sup>3.</sup>





L. 20259 2/

Collatio Iuris  
CIVILIS ET CANONI-  
CI, MAXIMAM ADFERENS

boni & æqui cognitionem.

Explicatio L. Diffamari. C. De ingenu. manu.

De executoribus item ultimarum uoluntatum.

Per D. Ioan. Oldendorpium.

Distingue tempora, & conciliabis scripturas.



PARISIIS

Apud Christianum Wechelum, sub sacro Basiliensi,  
in uico Iacobæo: & sub Pegaso, in uico Bellouacensi,

ANNO M. D. XLI.

SENECA.

Stet quicumque uolet potens  
Aula culmine lubrico,  
Me dulcis saturet quies.

Obscuro positus loco,  
Leni perfruar oâo:  
Nullis nota Quiritibus  
Aetas, per tacitum fluat.

Sic, cum transferint mei  
Nullo cum strepitu dies,  
Plebeius moriar senex.

Illi mors grauis incubat,  
Qui notus nimis omnibus,  
Ignotus moritur sibi.

NOTICE

STRENO ATQVE

AMPLISSIMO VIRO DN. AR-

noldo ab Siegen, Consuli Coloniensi, Equiti aurato,

Præfecto in Kerpen & Lommerheim: Ioan-

nes Oldendorpius S. D.



Venadmodum non sine magna spe utilitatis, in commune omnibus boni & æqui studiosis accessura, hanc qualem-  
cunque scribendi operam suscipi, Strenue simul ac prudentissime uir: ita ratio est non obscura, quæ nuncupationem Collationis nostre nomini tuo uindicat. Siquidem quum eo fungaris magistratu, in quo de maximis sæpe rebus pro Republica deliberandum sit diu, quod statuendum est semel: certe nulla consultationis pars est excellentior, quam quæ conferendi iudicio proficiatur. Qua in re uidemus, quàm multi fuerint omnibus sæculis hallucinati: quòd falsa pro ueris, & pessima pro optimis eligeret. Ideoq; Cuius uarios Reipublicæ Romanæ successus, atq; magistratum perpendens consilia, rectissime censeat: optandam magis indisertam conferendarum rerum prudentiam, quàm stulticiam ad contendendum loquacem. Nulla profectò felicior est animi exercitatio, quàm quæ in sobrias fori disputationes collocatur ut promde existimè hanc, quæ tracto cõferendi rationem, nemini magis quàm tibi: nec ullis æquè in rebus, atq; publicis, profutura: præsertim, quæ scio, atq; coram uidi, adeò te cõmunibus delectari Germaniæ

A ij      nostræ

nostræ cōmodis, ut colloquiorum quoq; familiarium delectamenta non aliò soleas dirigere, quàm ad publicam salutem: omnibus nimirum horis utiliter deseruiens. Sūp̄bus item (ut hoc quoque liberalitatis genus cum alijs conferam) minimè parcis, quò magis Coloniā hanc Agrippinam, ædibus longè splendidissimis, immortalī posteritatis memoria reddas elegantiorē. Ceterum in uno hoc à te dissentio: quòd magistratus tui conditionem nonnunquā accusas, quasi ulla tibi possit uideri beator. Credo equidem (quod sepe adseris) si quo liaret modo, nō segnior, quàm Romanus ille ac optimus Dictator, fueris fasces depositurus. Sed interim tantò rectius te ab amplissimo Senatus ordine ad eum honorem uocatum, omnes boni uiri meam Reipublicæ congratulantur. Quis enim melius consulit & sibi & alijs, quàm qui procul est ab id genus ambitione? Quem item credemus in conferendis magnarum rerum euentibus prudentiorē, quàm qui nulla obcæatur philautia? Proinde hac publica functione, ad quam DEVS uocari te uoluit, ut præesses tuo consilio multis: ita profuisse etiā tota posteritas attestabitur, si bonarum litterarum rationem diligenter habueris. Nam sunt quidem multæ huius urbis res præclari nominis: uerū maximam inter omnes laudem (politicos loquor) ista pariet Academia, si quando uniuersi Germaniæ aues senserint, liberos suos in disciplina aui tam felici ter insitui uenerūde antiquitatis exemplo, ut ostendant, Reipublican sibi in omnibus fori partibus tuto posse committi.

N V N C V P A T O R I A .

5

mitti. Et quanquam hisce meis admonitionibus nihil opus uidetur, utpote qui hospitem in hac Republica habetenus ago: iure tamen existimo, te, ac omnes omniu in ordinum bonos uiros, certum animi mei argumentum, ac uelut officij arrhabonem non aspernatos. Interim

**C H R I S T V S** totam Rempubicam tecum perpetuo conseruet feliam.

A iij

De uaria



## DE VARIA SIGNIFI- CATIONE COLLATIONIS.



Onferre, à con & fero, quasi simul por-  
tare, zu samen tragen, multa significat,  
propter uarias conferendi causas. Quare  
ex eo, quod adiungitur, solet uis huius  
uerbi lectoribus apparere.

- I. Conferre in publicam, Schatz zu samen tragen.  
Vnde, qui pecuniam sic contribuebant, collatores dice-  
bantur. Et collatio appellari consuevit indictio. Indicere enim, est denuntiare. l. Libertus. ff. De oper. liberto.  
Qua de re tractant tit. C. De collatio. eris. De collatio.  
donat. De collatio. fundo. fisco. De indictioni. Vnde le-  
gitur Machabeo. Vir fortissimus Iudas collatione facta,  
duodecim milia drachmas argenti misit Hierosolyma.
- II. Conferre dotem, uel alia bona, Widere ynbrëgen.  
Vt. C. De collat. bono. & ff. Eodem. tit. Hic titulus (in-  
quit Ulpianus) manifestam habet æquitatem. Quum e-  
nim Prætor ad bonorum possessionem contra tabulas e-  
manapatos admittat, participesque faciat cum his, qui  
sunt in potestate bonorum paternorum: consequens esse  
credidit, ut sua quoque bona in medium conferant, qui  
appetant paterna.
- III. Conferre manus, conferre signa, Widere yn-  
ander streitten.
- IIII. Conferre pedem, antiqui eleganti metaphora  
diabant pro eo, quod est, propius accedere ad causam.

cuius oppositum est, Fugere scopum controuersie, sicut nunc ferè litigatores faciunt in iudicijs. Ciaro pro Plautio: Non possum pedem conferre (ut aiunt) aut propius accedere. Commentatores uenire ad punctum causæ dicunt, Naher zu der sacht kummen.

V. Conferre rem in arbitrium aliauius. Et conferre in aliquod tempus, heingeben, uerzehen. Vlpianus. ff. De sponsalib. Quæsitum est (inquit) apud Iulianum, an sponsalia sint ante duodecimum annum, si fuerint nuptiæ collatæ: hoc est, dilatæ in id tempus ætatis: non, sicut Accursius comministatur, re uera celebratæ. Idem Vlpianus in. l. Si res æstimata. ff. De iure doti. Sed si (ait) ante matrimonium: magis est, ut in matrimonij tempus collata ea donatio uideatur, atque idè non ualeat.

VI. Confero beneficium, confero honorem, confero in te culpam, Ich thu guts, Ich gebe ehr, Ich gebe dyr die schuld.

VII. Cõferre, est in cõparatione deducere, gegen eynander halten, uberlegen. Dicimus enim, Confero te illi, aut cum illo. Hieronymus in proæ. Paralip. Quendam autorem, qui apud Hæbr. eos in admirationibus habebatur, assumpsi, & contuli cum eo à uerticæ (ut aiunt) usque ad extremum unguem: & sic confirmatus, ausus sum facere, quod iubebatis.

VIII. Proximè accedit, quòd conferre in pauca, accipimus pro concludere breuiter, quæ diffusius sunt dicta. Plautus, Nunc uerba in pauca conferam.

Eo modo loquimur hic de collatione. Nam primùm

pontificios aliquot canones conferendos duximus legibus Romanis, ut æquitas elucescat. Deinde, in pauca his collatis, aliquot adijcimus regulas, ex quibus eruditiores (si uoluerint) conaliandi utriusque iuris media quædam elicere poterunt. Quod & nos aliàs data oportunitate, latius conabimur.

## DE VERO CONFERENDI VSV.



Errissima sanè omnium philosophorum diffinitio est: nullum esse commodiorem modum ad cognoscendas rerum differentias, & ex his proinde res ipsas, quàm si inuicem conferantur. Sic enim quæ iuxta se ponuntur (ut uulgò dià solet) magis elucescant. Sæpe item, quæ prima fronte diuersa uisuntur, aut etiam inter se pugnare uidentur: ea si conferas per singulas causarum circumstantias: aut nulla erit in effectu diuersitas, aut talis, quæ conalitari potest. l. Cùm unus, in prima. ff. De alimen. & ab a. legat.

Quam ob rem prudentissimi legesatores, cùm de grauioribus rebus dubitassent, in utram statuendæ uiderentur sententiam: semper ad conferendi formulã cõfugere solebant. Vnde Nouellis Iustiniani Constitutionibus etiam Collationis nomen inditum reor: quòd ueteres ibi leges cõferat, & eas aliqua ex parte mutat.

Interim nulla unquàm ui orationis adsequi uel Cicerò ipse potuisset utilitatem, quæ ex uero conferendi usu, cum in scholis, tum in iudicijs & publicis cõsultationibus

tionibus proficiscitur. Contrà, quàm incredibilis sit perniciēs, si conferendis opinionum nenijs grauetur lector, & plerunque in pessimos errores pertrahatur.

Ecce enim, si uidere cupias grauitatem antiquitatis in disciplina auiili, quam Iustinianus Cæsar uenerandam ubique solet appellare: confer eam cum studijs totòque foro posterioris seculi: breuiter tamen, & quatenus ad summa rerum capita pertinet. Item, si mundi huius uarietudinem & inconstantiam expendere placeat: confer regnorum ac populorum conditiones nouas cum ueteribus. Et tum intelliges, nullam hodie prope modum esse nationem, quæ ueteres suas sedes inconuulsas teneat: sicut Chronographi latius explicant, inter quos auunculus noster diligens antiquitatis obseruator Albertus Crantzius, Wandalie, Saxonie, ac Daacie mutationes descripsit.

Huius collationis umbram seæti Doctores quidam minimè mali, libellos de differentia iuris auiilis & canonie scripserunt: quorum unus Bartolo adscribitur, mihi tamen ualde ob falsum titulum suspectus. Nã multa ibi frigide conferuntur, quasi antinomie quædam: quæ nulla de re magis inter utrūq; ius cõueniat, si circumstantias rerū spectemus. Porro, nõ statim pugnantia sunt, quæ ad diuersa pertinent. Utuntur itaq; ad hoc dũtaxat huiusmodi collatiõne hie tẽporibus cauidia, ut cõtradictiõne exatet in foro. Si quis. n. adducat pro sua intentione ratione legis unius uel alterius: huic statim respõdent, eã obtinere in foro auiili, nõ aut canonico. Sic enim loqui

solent. Aut contrā: Si decretum Pontificiās allegaueris: audies ab aduersario, forum esse ciuile, quod obseruet leges, non canones. Et profectò perniciosus, nedum inutilis est talis usus, qui dissensionis materiā parit. Tū etiam lampadem & oleum uidentur perdidisse illi, qui sic tantum tractare maluerunt differentias iuris ciuilis & canonici, ut multas reanserent atque diuersas sanctiones, nullum interim usum addētes boni & equi: perindē atq; si faber multa præcidat tigna, nullum tamen coaptet in structuram, quæ commoda sit ad habitandum. Itaq; de uero conferendi usu sic accipe. Primum, retinenda semper est breuitas, ne quid mediocritatem excedat. Deinde, in locis ex iure collatis perperdi oportet autorē, & illius consilium, hoc est, quis, ob quā causam, cui, quā de re, & quādo statuerit tale ius. In his enim consistunt & aperiūtur tibi statim circumstantiæ negotiorū. Quæ quū diuersæ sint: nihil est mirandū, si de quibusdam speciebus uerient ius ciuile & canonicum. Tum ex collatione sic facta apparebit tibi lux quædam mirabilis, ad inuestigandam similibus negotiorum æquitatem, siue in scholis, siue in iudicijs, siue in cōsultationibus uerseris. Porrò hæc est exercitatio, quā inculcare oportet studiosæ iuuentuti: non ad altercationem fori, sed ad conciliandā iuris præcepta, quæ eodē pertinent tandē. Nā, si bene circūspicias, multò certē rarior inter ius ciuile et canonicū est antinomia, quā uociferātur quotidie in tribunalibus. Quorū oīum ut exēpla uideas, accedamus ad collationē.

# IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII COL- LATIO.

## ARBITER.

### I.



*I*ure auii non compromittitur cum iuramento. Authen. De arnimus. C. De arbit. At ius pontificium non prohibet tale iusurandum. c. Cum tempore. Et. c. Ex parte. Eod. tit.

### II.

Arbitri ad suspitionis causam electi, non solum de suspitione, ob quam recusatur delegatus iudex: uerum etiam, si allegationem recusantis legitimam compererint, de toto cognoscant negotio, quod controuertitur, ut in. l. Apertissimi. C. De iudi. Canones uero, praeter suspitionis causam, nihil permittunt arbitris. c. Suspitionis. De offic. delegat. c. Legitima. De appellationi. lib. 6.

## ACTIO.

### I.

Ex pluribus & diuersis actionibus in personam, potest iure auii unus atque idem conueniri apud diuersos iudices. l. i. & ij. ff. Ex quib. caus. in possessi. eat. l. Nulli.

Nulli. C. De iudiâ. l. Cognitio. Et. l. sequen. ff. De libera. caus. Canones autem aliter statuunt. c. Quia nonnulli. De rescript.

## II.

Sine actione nullum præcedit iure auxili iudiâum. Quod nonnulli adeò uerum existimant, ut etiam nomen actionis sit exprimendum. l. i. ff. De eden. Insti. De actioni. In princ. l. Item si. §. si. ff. Negoâor. gestor. Præterea delectus est habendus, qua actione conueniatur aduersarius. l. Duobus. §. Colonus. ff. De iureiuran. l. Habebat. ff. De insti. actio. l. i. ff. Arbor. furt. casa. l. Cũ filius. §. Varijs. ff. De legat. ij. Canones autem remittunt istam inuestigationem, qualis intendatur actio: contenti, ut simpliciter exponatur iudiâ factum. c. Dilecti filij. De iudiâ. Nisi tamen actor maluerit subijcere nomen actionis. Sic enim intelligunt. c. i. De mutu. petitio. Et. c. Examinata. De iudiâ. c. ij. q. ij. c. Octaua. xi. q. i. c. Experiētie. c. Grauis. De deposit. Sed profectò non bene pendunt, quid sit actio, actionis causa, actionis nomen: quid conferat ad usum fori, tenēre certam actionis speciem. Adde. l. i. C. Si per uim uel alio modo.

## III.

Iure auxili ex pacto nudo non nascatur actio. l. Iurifgentium. §. Quinimò. ff. De pact. l. Legem. C. Eodē tit. At pontifices uidentur ex simplicia pactione actionem dare. c. Indicante. De testament. Doctores putant, conditionē ex causa locum habere, argum. xxij. q. v. c. Iuramenti. Et xij. q. ij. c. Quæ aut. §. suffragio.

## III.

In iudicio actionis in rem, missus in possessionem ex priore decreto, statim fit possessor: ideoque non proprie potest dici causa rei seruandae missus: quanquam (ut uocant) commutabiliter. l. Si quis emptionis §. penult. C. De prescript. trigin. anno. Canones uero ante annum non faciunt missum possessorem, sed custodem duntaxat bonorum. c. Pastoralis. De offic. ordinari. c. Contingit. De dol. et contuma. c. si. De eo qui mittit in possess. caus. rei seruand.

## V.

Ex diuersis actionibus, iure civili una est eligenda. l. Heredes §. De pluribus. ff. Famil. erciscund. l. Non est nouum. ff. De actio. empti. Canones autem permittunt passim multarum actionum cumulationem. c. Quae relam. De electio. c. Dilectus. De apell. monacho. Et. c. Cum ecclesia. De caus. possessio.

## ABSENS.

## I

Quatenus absens, uel ob necessariam causam, uel lucri sui gratia, sit restituendus, leges eleganter distinguunt. l. ult. ff. De in integ. restitutio. l. i. C. Ex quib. caus. maio. l. Quia. C. De procura. l. Necnon, et. l. Sed et si. §. i. ff. Ex quib. caus. maio. Canones autem simpliciter reuocant id, quod aliquo sine contumacia absente factum est. c. Cum Beroldus. De re iudicat.

Aca-



IVRIS  
ACCVSATIO.

## I.

Frater non accusat fratrem de magno crimine: quia lex prohibet eam impietatem. At canones permittunt de heresi. c. Literas. De presumptioni.

## II.

Accusatori non probante, reus etiam si nihil presterit, absolendus est. l. Qui accusare. C. De edend. l. Sciant. C. De probationi. At canones etiam ad purgationem urgent accusatum ex aliqua causa forte suspectum. Vt extant. Tit. De purgatio. uulgari. Et, De purga. Canoni. c. Cum dilectus. Quamquam etiam leges interdum decernunt purgationem. l. Vbi falsi. C. Ad leg. Corneli. de fals.

## III.

Accusandi uel denuntiandi necessitatem, leges nemini imponunt, sicut nec agendi. C. ut nem. inuit. age. uel accusa. cogat. Sed canones urgent clericos ad denuncianda sacerdotum scelera. ij. q. vij. c. Quapropter. i. q. i. c. Quisquis. Et. v. q. v. c. i. Probatur item in. c. Causam. Qui filii sint legit.

## ACCVSATIO MUTVA.

Pontificij canones de mutua accusatione simpliciter statuunt: Quod condemnatus de crimine infami, non admittatur deinceps ad accusandum neque eum, a quo fuit accusatus, neque alium. vi. q. i. c. Qui crimē. iij. q. xi. c. Neganda. Leges uero Romanae sequuntur equitatem, consideratis circumstantijs, quas eò, quod frequenter admodum

modum sunt, latius duximus ostendendas.

## I.

Accusatus potest uiaſſim aduerſarium ſuum accuſare de crimine præiudiciali, dum pendet iudicium. l. i. C. De his, qui accuſ. non poſſ. Et ij. q. xi. c. Prius.

Crimen autem præiudiale dicimus, quod perimit accuſationem prioris iudicij: ut ſi quis accuſauerit iniuriarum: reus uerò uiaſſim proponat accuſationem legis Corneliæ de ſicarijs. Accedunt .l. ſi. C. De ordi. iudicio. l. Adulterij accuſatione. C. Ad leg. Iuli. de adulteri.

Rationem adfert Bartolus in .l. Is qui reus .ff. De public. iudici. Quia accuſatio præiudialis habet uim exceptionis peremptoriæ. Sed exceptio peremptoria, poteſt ſemper opponi in iudicio ante ſententiam. l. Si maritus ſit. §. Præſcriptione. ff. Ad leg. Iuli. de adulteri. Ergo licet talem accuſationem mutuan, quandoque ante finem iudicij proponere.

## II.

Accuſator poteſt per reum mutuo accuſari de crimine, quod contingit pro poſitum in iudicio crimen: ut ſi mulier adulterij à marito rea facta, ruruſus accuſet maritum lenocinij. l. ij. §. Si publico. ff. Ad leg. Iuli. de adulter.

## III.

Accuſans non poteſt in eodem iudicio reus fieri de crimine, quod neq; præiudiale eſt, neq; pro poſitum crimen contingit. l. Is qui reus .ff. De public. iudici. Cōſtitutio

stitutionibus enim (inquit Vlpianus) obseruatur, ut non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur. Idē probatur in. l. Reū criminis. C. De procurato. l. Liber- tus. §. In questionibus. ff. Ad muniāpa. l. Reus. ff. De muneri. et honorib. l. i. C. De reis postulan. l. Si uxor. §. Iudex. ff. Ad leg. Iuli. de adulte.

## III.

Qui suam aut suorum persequitur iniuriam: is tamen et si reus sit factus, potest tamen in eodem iudicio aduersarium suum accusare. l. i. C. De calumniatori. l. Neganda. C. De his, qui accusa. non poss. Hinc est, quod qui regulariter accusare prohibentur, ut in. l. Qui accusare, Et. l. seq. Hi tamen omnes (inquit Marcellus) si suam iniuriam exequantur, mortē uel propinquorum defendunt: ab accusatione non excluduntur. Accedunt. l. Qui iudicio. ff. Eod. tit. l. Propter insidias. C. De his, qui accusa. non poss. Et. l. ij. In fi. C. In quib. caus. colo. uel censit.

## V.

Accusator potest uiaßim, pendente iudicio, reus fieri ab accusato, qui suam uel suorum iniuriam persequitur, citra omnem distinctionem: utrum prior accusas suam quoque uel alienam publico iudicio intendat lesionem seu iniuriam. Ita diffiniunt Otthofredus, et Iacobus Balduinus, quos Bartolus sequitur, testatus sic obseruari communiter consuetudine, in. l. Is qui reus. ff. De public. iudici. Allegant. l. Qui cum maior. §. Si liberatus. ff. De bonis liberti. Et. l. Si quis ingrauescente. §. Utrum

Vtrum autem ff. De Senatusc. Silania.

Im probat autem Bartolus opinionem Accursij, in l. Neganda. C. De his, qui accus. non poss. Vbi adducit. l. Asiduis. C. Qui potio. in pigno. habeant. in duabus enim dotibus (ait Iustinianus) ab eadem substantia debitis, ex tempore prerogatiuam manere uolumus: Volens inde consequentiam ducere, quod & accusans suam iniuriam, uideatur potior in iudicio, quia prior. Sed primum Guilielmus de Zuzaria respondet, infirmum esse argumentum, quod ducitur à causis ciuilibus, ad criminales. Deinde Bartolus addit hanc rationem differentie: quia in l. Asiduis, aliquid auferitur alteri per mutuam petitionem. Hic uero unusquisque suum persequitur interesse, ex illata sibi iniuria. Ideoque nihil prohibet, utramque accusationem uno eodemque iudicio dirimi.

Nec obstat regula: Qui prior appellat, is prior agat. Quia obseruabitur & hic ordo quidam iudicij: ut tamen utraque simul & cognoscendo, & diffiniendo, non autem diuersis temporibus tractetur: sicut de conuentione & reconuentione dici solet. Accedit pulchre textus in. l. i. §. ult. ff. Quæ senten. sine appel. rescindant.

## VI.

Ei, qui reus factus seu accusatus est, licet in scriptura onē de crimine quocūq; in iudicio deponere: ad effectum, ut post sententiam id persequatur. l. Neganda, in fi. C. De his, qui accusar. non poss. & l. Is qui reus, in

fi. ff. De public. iudiâ. Loquuntur enim hi loci de crimine, quod neque est præiudiciale, neq; ullo modo cõnexum est crimini à priore accusatore proposito.

ACCUSATIONIS PRO

SECVTIO.

I.

Accusatus in iudiâo publico, qui per sententiâ absolutus sine dubio potest aduersarium suum accusare, multò magis coeptam accusationem exequi. l. Is qui reus. ff. De public. iudiâ. Nisi obstant alij defectus, quos inferius obseruabis.

II.

Condemnatus de crimine, quod tamen insaniam nõ irrogat: admittitur post sententiam tam ad accusationem, quàm ad prosecutionem contra uictorem prioris iudicij: Vt in prima thesi.

III.

Condemnatus de crimine, quod adimit ciuitatem, libertatem, uel uitam: non potest inchoare accusationem, sed inchoatam potest prosequi per se, aut (si fortè non liceat uenire in ciuitatem) per procuratorem. l. i. C. An per alium aus. appella. Nisi crimen, in quo condemnatus est, censeatur præiudiciale. l. i. C. De his, qui accus. non poss.

Et quanquàm Accursius de damnatis ad mortem à uilem admittit: de poena tamen mortis naturalis negat, quasi ea non possit tantisper differri, ut condemnatus impleat accusationem. l. Cum reis. Et. l. Si uindictari. C. De

poenis

*prenis. l. Si quis forte. C. Eodem tit. l. ij. C. De custodi. reor. Bartolus tamen dicit: communem Doctorum opinionem sequi id, quod supra dictum est. Sicut enim mors civilis differtur propter accusationem prosequendam: ita naturalem quoque ob causam suspendi nihil uetat, iuxta. l. si. in prima. ff. De publica. & uestiga. l. Pregnantis. Et. l. Qui ultimo. ff. De poenis. l. i. C. De bonis damna. De accusatione repetenda, mortuo accusatore, uide. l. Libellorum. §. si. ff. De accusatio.*

*Has autem casuum species, ius canonicum nusquam distinguit: ut scias, ius civile in hoc obseruandum esse, secundum communem iuris regulam. Latius autem haec tractaui, tum quod res est quotidiana, tum quod uideo magni nominis iudices (absit uerbo iniuria) ea in re hallucinatos fuisse.*

## ADFINITAS.

## I.

*Iure civili adfinitas, duntaxat nuptijs contrahitur. l. Non facile. §. Adfines. ff. De gradib. & adfinib. At iure pontificio, soluta coniunctio carnalis facit adfinitatem. c. Discretionem. Et. c. penul. De eo, qui cogno. cōsa g. uxo. sue. Idem dicendum est de cognatione, ut in. c. Per tuas. De probatio.*

## APPELLATIO.

## I.

*Iure civili non appellatur ab interlocutione, uel a lio grauamine reparabili, ante diffinitiuam sententiam: exceptis aliquot speciebus. l. Si quis ex aliena. ff. De iurisdictione. l. Apertissimi. C. De iudiciis. l. ij. De Episc.*

audienti. l. ante diffinitiuam. C. Quor. appella. non re-  
 api. Verum canones admittunt appellationes ante sen-  
 tentiam. c. Super eo. ij. Et. c. Cum causam. De appella-  
 tio. Quod tamen quomodo sit intelligendum, diximus  
 in libello de iure & equitate. Nam falsa est differen-  
 tia, nisi recte intelligas, quam plerique tradunt: Quod  
 iure canonico possit appellari à sententia momenta-  
 neæ possessionis. Adde. c. ulti. De appella. lib. vi. Cle.  
 ulti. Eodem tit.

## II.

In illis autem casibus, quibus potest appellari ante  
 sententiam diffinitiuam: leges exigunt causam iure ali-  
 quo approbatam. Canones uerò probabili causa sunt  
 contenti, etiam si iure non exprimat. l. Hi qui ad cia-  
 uilia. C. De appellationi. l. Properandum. C. de iudici.  
 c. Ut debitus. De appellationib.

## III.

Appellatio gradatim fieri debet, ex ordinatione  
 ciuili. l. Imperatores. ff. De appellatio. & relationi.  
 Canones autem permittunt prouocationem ad Roma-  
 nam Pontificam, præter. nisi alijs tribunalibus. c. Duo-  
 bus. De appellationi. ij. q. vij. c. Metropolitanum.

## III.

Appellationem frustrandi causa, leges puniunt du-  
 abus libris argenti. l. Ab executore. C. Quor. appella-  
 tio. non reapi. Canones uerò in expensis condemnant.  
 c. Reprehensibilis. §. Si autem in quatuor. De ap-  
 pellationi.

COLLATIO.  
BONA FIDES.

21

I.

Secundum leges, bona fides est conscientia hominis ignorantis alienam esse rem, quam habet: etiam si in-  
cidat dubitatio. l. Qui sāt. §. Bona fidei. ff. De usur. Au-  
liter autem sentiunt canones, autore Hostiensi, in .c. Si  
diligenti. De præscriptio.

CONFISCATIO.

I.

Bona grauiter delinquentium deferuntur ad fis-  
cum ecclesiæ. c. Vergentis. De hæretic. xvij. q. iij. c. Si  
quis deinceps, & .c. Quisquis. Secundum leges uerò, bo-  
na relinquuntur hæredibus. l. Cognouimus. Et Au-  
then. Item. C. De hæretic. Et Authen. Bona. C. De bon.  
damnato.

CRIMEN.

I.

Criminum alia sunt publica, alia uerò priuata se-  
cundum leges, ut in. l. i. ff. De public. iudici. Instit. Eod.  
tit. Pontificium uerò ius cõset omnia crimina esse pub-  
lica. vi. q. i. c. Infames. c. i. ij. & ulti. De collusio. detegẽd.  
c. Nouit. De iudici.

II.

Iudicium criminale non procedit secundum leges  
aduersus absentem, lite non contestata: excepto appari-  
tore contumac. l. Ne diu. C. D. pœn. l. ij. C. De requiren-  
reis. l. Absentem. ff. De pœnis. At canones permittunt  
reapi aliquando testes, tum in crimine, tum in electio-



ne & restitutione, absente aduersario. c. Veritatis. De  
dol. & contumaci. c. Quoniam. §. Porrò. Vt lit. non con-  
testat. c. Ex tue. De cleric. non resident. iij. q. ix. c. De  
ernimus. Et iij. q. ij. c. Quia ea.

## III.

Maritus potest iure canonico accusare uxorem, &  
simul agere ad separationem thori : ut neque civilis,  
neque criminalis sit causa. c. i. De procuratori. Sed iu-  
re civili primum accusatur adulter ad pœnam : deinde  
repudiatur. Nouell. Vt licet mat. & auic. §. Quia ue-  
rò plures.

## III.

Lex civilis permittit dari indicium ei, qui furem  
aut alium malefactorem ostenderit, quasi pr. emiū quod-  
dam. l. Si ob turpem. ff. De cōdicti. ob turp. caus. l. Solēt.  
ff. De prescrip. uerb. At iure canonico non uidetur id  
licet accipi. c. Qui cum fure. De furt.

## V.

Infamiam non irrogant secundum leges, nisi ea cri-  
mina, que nominatim recensentur in tit. ff. De his qui  
notant infami. l. Infamem. ff. De public iudiā. Sed iure  
pontificio omne peccatum reputatur infame. De conse-  
crati. distincti. iij. C. Celebritatem. vi. q. i. c. Omnes. & c.  
Illi qui.

## VI.

Si plures uulnerauerunt aliquem mox morientem:  
& sit certum, ex cuius uulnere fuerit mortuus: tūc alij  
nō cōsetur homicidæ. l. Huic scripturæ. ff. ad leg. Aquē  
li.

li. Et. l. fi. ff. Ad leg. Corneli. de sicari. Canones autem aliter uidentur statuere. c. Presentium. De cleric. per a. a. s. s. Et distincti. i. c. Si quis post.

## VII.

Adulterij accusatio aliter exercatur iure ciuili: aliter iure pontificio. l. Miles. §. Adulterij. ff. Ad leg. Iuli. de adulter. xxxij. q. ij. c. Admonere. c. Tux. De procuratorib.

## VIII.

Concubinatus iure ciuili, ad euitanda maioris periculi mala, uidetur tolerari. l. i. ff. De concubi. l. ij. C. De donationi. inter. uir. et uxor. l. Inter. ff. Ad leg. Iuli. de adulter. Canones uero prohibet. xxxij. q. iij. c. Nemo sibi blandiatur.

## IX.

Patri licet adulterum cum filia sua deprehensum, iure ciuili occidere. l. Nec in eodem. Et. l. seq. ff. Ad leg. Iuli. de adulteri. Marito non item permittitur: mitius tamen, si faciat, puniēdo. l. Gracchus. ff. Eodem tit. In domo sua cum uxore delinquentem, maritus potest occidere. l. Marito. ff. Dict. tit. Quinimō, quem ter admonuerit, ne uxorem suam tentaret ad scelus: in eum potest quocunque in loco se ulāsci. Nouell. Vt licet matr. et au. §. penult. et ult. Neq; id corrigatur Nouell. Vt null. iud. §. Si quando: Quia loquitur in alio casu. Canones uero omnibus modis prohibent occidi adulterum, qui apud Iudicem potest accusari ad poenam. xxxij. q. ij. c. Inter hæc. et. c. seq. xxij. q. v. c.

Si non licet.

## X.

Vxor non accusat maritum adulterij, iure civili. l. i. c. Ad leg. Iuli. de adulteri. Canones autem pontificij videntur etiam mulieri accusationem permittere, ad exemplum mariti. c. Tuz. De procurato. Vide Nouell. Vt lic. matri & auie. §. Quia uerò plurima.

## XI.

De crimine nemo damnari debet secundum leges sine accusatione, præterquam in casibus, quos recenset gloss. in. c. i. Vt ecclesiasti. benefiã. Verb. Accusatione. Verum canones id permittunt. c. Nouit. De iudic. Dñ inquit Innocentius: Non enim intendimus, & c. ij. q. i. c. Si peccauerit. iij. q. iij. c. Aliquando.

## XII.

Qui stuprasset uirginem non adhibita ui, olim re legabatur. Vim admittens, capite puniebatur secundum leges. Instit. De public iudic. §. i. Et §. Sin autem. At canones uolunt, ut aut ducat, aut excommunicatur. c. ij. De adulteri. Vfus hodie sic punit: Aut ducat, aut doct.

## XIII.

Capitis deminutio diuiditur secundum leges in maximam, mediam, & minimam. Instit. De capit. deminutio. Pontificiã autem ius non utitur his status mutandi formulis. c. Qualiter & quando. ij. De accusatiõni.

COLLATIO  
COMPENSATIO DELI-  
CTORVM.

25

I.

Semper recurrendum est ad distinctionem: utrum opponens dolum aduersus doli allegationem, certet de lucro acquirendo, an de damno duntaxat cuitando. Priore enim casu facilius admittitur compensatio. l. Viro atque uxore. Et. l. Cum mulier. ff. Solutio matrimo. Posteriori uero non aequè. l. Apud Celsum. §. Marcellus. ff. De dol. mal. & met. exceptio. Vide Dymon in. c. In pari. De regul. iuris, lib. vi.

II.

Nonnunquam in pari causa delictorum, melior conditio est possidentis. l. ij. C. De conditio. ob caus. l. i. ff. Ne quis eum, qui in ius uocat. Quod canones non ita distinguunt.

III.

Multum distant allegatio doli, ad compensandū dolum: & allegatio innocentiae, quo ostendit quis aliquid non esse factum à se dolo, sed ab aduersario dolo ad hoc inductum, ut in. l. si. In princ. C. Si minor se maior. dixit. dum dicit: Quòd si per iniuriam uel dramuentionem aduersarij hoc factum fuerit: durabit beneficiū. Eleganter Papinianus in. l. Cum pater filios. §. Titio fratri suo. ff. De legat. ij. Prudentius autem (inquit) fuerit, si ex testamento fratris hereditatem repudiauerit, & intestato possessionem acceperit. Nec uidebitur dolo fuisse, quum fraudem excluderit.

Bv

Cesio

## I.

Canones legitimam coniecturam seu presumptionē, simulationem censent, si clericus recipiat cessionem alieni iuris. c. Ex parte. De aliena. iudic. mutā. caus. fact. Nā clericus ab illiata negotiacione debet abstinere. xxiiij. q. iij. c. Clerici. Et. c. Canonum. Iure uero civili semper probanda est causa simulate cessionis. l. Per diuersas. Et. l. Ab Anastasio. C. Mandat. l. Militem. ij. C. De procuratori.

## II.

Qui credit bonis ob insolentiam creditorum: is si ad pinguiorem fortunam peruenerit, potest quidem secundum leges conueniri denuo: sed non, nisi quatenus facere potest. l. Is qui. ff. De cessione. bono. Canones autem uolunt eum tali casu simpliciter ad solutionem compelli. c. Odoardus. De solutione. c. Cum tu. De usur.

## CITATIO.

Citatio sine expresso die, non ualet iure civili, ut notant in. l. Ita stipulatus. ff. De uerbo. obligationi. Iure autem pontificio secus est. c. Cum parati, in fi. De appellationibus.

## CONTRACTVS.

## I.

Iure civili toleratur deceptio contrahentium, usque ad dimidium iusti precij. l. In causa. §. Idem Pomponius. ff. De minoribus. Pontificiis autem nolunt rem ecclesiasticam ultra iustum pretium alienari. Gloss. xij. q. ij. c. Hoc ius.

## II.

Iure civili in alienatione rerum ecclesiasticarum requiritur solemnitas magna. Authen. Hoc ius porrectū. C. De sacros. ecclesi. Sed canones non requirunt tantā solemnitatem, contenti ea, quæ traditur. xij. q. ij. c. Sine exceptione. Innocentius in. c. Dudum. De reb. ecclesi. nō alienan.

## III.

Venditor non tenetur præcisē (ut uocant) ad tradendam rem alienatam: sed liberatur soluendo id, quod interest emptoris. l. ij. §. i. Et. l. seq. ff. De actio. empt. Argu. l. stipulatus. ff. De usur. Canones autem exigunt omnibus modis rem liberē tradi. c. Cū Ioannes, In primā. De fid. instru. Argu. c. Pisanis. De restitutio. spoliato.

## CONDICTIO OB TURPITUDINEM CAUSAM.

Turpitude dandi potest in rebus ciuilibus ab una duntaxat parte uersari, ut habeat locum condictio. l. iij. et. l. Si ob turp. caus. ff. De cōdictio. ob turp. caus. In ecclesiasticis uerò rebus semp est utriusq; turpitude, & dantis, & accipientis. c. ij. De magistr. i. q. i. c. Quos cōstituerit.

## DO S.

Dotis alienatio non ualet iure ciuili, etiam si mulier iurciurando consentiat marito uendenti. l. Iulianus. ff. De fund. dota. Authen. Siue à mo. C. Ad senatusconsult. Velleia. Canones uerò uolunt seruari tale iuramentum.

c. Cū

c. *Cum contingat*. De iureiuran. Vbi gloss. uerb.  
*Debent*.

## EXCEPTIO.

## I.

*Dilatoria exceptio iure auiili debet opponi ante litem contestatam*. l. *Ita demum*. C. De procurato. l. *Secd* & si suscipit, In prima. ff. De iudiā. *Canones autē quādoanque eam admittunt ante sententiam*. c. *Exceptio nem*. Et. c. *Pia*. De exceptio.

## II.

*Exceptio suspitionis probata coram arbitris, aduersus delegatum iudicem iurisdictio nō redit ad superiorem iudicem iure canonum*. c. *Cum speālis*. De apellationib. *Sed iure auiili diuersum est, ut notatur in l. Apertissimi*. Et. l. *Cum speāli*. C. De iudiā.

## III.

*Qui actoris intentione fundata, propositam exceptionem dilatoriam non probat, is iure pontificō cōdemnatur in expensis omnino soluendis*. c. *Finem*. De dol. & contumaciā. *Iure autem ciuili condemnatio expensarum rejātur in finem litis*. l. *Properandum*. § *Sine autem*. C. De iudici.

## AETAS.

*Leges Romane statuunt uirilem etatem xxv. annorū*. l. i. ff. De minorib. l. *fi*. C. De his, qui ueni. etat. *Canones uerō estimant etatem uiri xxx. annis*. c. *Is qui lxx. distincti*.

Forum.

## FORVM.

## I.

Qui aliquando in loco contraxit: is potest ibi non solum iudicari presens, uerum etiam uocari ut ueniat. l. Heres absens. ff. De iudic. Iure autem canonico iudex loci non tantam habet potestatem. c. Romana. De for. competen.

## II.

Forum competens dicitur etiam litigatorum consensu. l. i. §. ij. In princ. ff. De iudic. l. Si per errorem. ff. De iurisdictione. l. In priuatorum. C. Eod. tit. Canones autem aliter diffiniunt forum, in. c. Significasti. De for. competen. ij. q. vi. c. Non licet. Et ix. q. ij. c. i.

## FRUCTVS.

Legum sanctione fructus semper intelliguntur, deductis expensis. l. Fructus. ff. Solut. matrimo. Nullus enim casus est, qui talem deductionem impediat. l. Si a domino. §. si. ff. De peti. heredita. l. Fundus qui. ff. Famil. erisand. Iure autem canonico decime exiguntur, nullis prorsus deductis sumptibus. c. Cum homines. Et. c. Non est in potestate. De decimis.

## FAMA.

Canones plus tribuunt fame, quam leges. c. Cum desideres. De sententi. excommunicata. l. iij. ff. De testib.

## HAERES.

## I.

Iure civili, heres qui scripsit inuentarium, non tenetur ultra uires hereditatis. l. Scimus. C. De iure delib.



liberan. Hæres item non nisi lite contestata tenetur ex defuncti maleficio. l. i. C. Ex delict. defuncto. Denique non potest conueniri ultra, quàm ex hereditate perdit. l. Hereditarijs. C. De heredi. actio. Quæ species iure canonico non ita distinguuntur, sed heredem simpliciter obstringunt, ad quem aliquid peruenit. c. In literis. De rapt. xvi. q. vi. c. Si Episcopum.

## II.

Hæres non obtemperans ultimæ uoluntati, perdit secundum leges omnia relicta: excepto filio, qui retinet legitimam. l. si. C. De fideicommiss. Canonico autem iure filius quoque huic poenæ subiacet. c. Liat, In si. De uoto. xi. q. i. c. Syluester.

## III.

Computatio graduum consanguinitatis dissimiliter numeratur iure civili & canonico. Instit. De gradib. cognatio. Et, xxxv. q. v. c. Ad apostolicam. c. Quod dilectio. Et. c. ulti. De consangu. & ad si.

## III.

Hæres quamuis ex contractu defuncti teneatur. l. Ex depositi. ff. De actioni. & obligationi. l. Ad ea. §. In contractibus. ff. De regul. iuris. exceptis casibus aliquot. ut in. l. Si duob. §. ulti. ff. Si mens. fals. mod. dixer. l. Ilud. §. ulti. De tributo. Ex delicto tamen defuncti non potest conueniri, si nihil ad eum peruenit, nec lis fuit contestata cum defuncto. l. i. C. Si ex delict. defuncto. Canones autem compellunt heredem ad soluendum tã

ex delicto, quàm ex contractu defuncti, cuius bona per-  
 æperunt. c. ult. De sepultu. c. Tua nos. De usur. xvi. q.  
 vi. c. Si episcopum.

## V.

Heredes non exequentes propterea uoluntatem te-  
 statoris, quia uoluerint legitimam suam deducere: audi-  
 ùtur quidem iure auii. Nouell. De heredi. & salad. §.  
 Primum. & §. Si quis non implens. Et sic intelligitur  
 Nouell. De ecclesiastic. titul. §. Si quis pro redemptio-  
 ne. Pontificio autem iure, sine ulla distinctione heredes  
 compelluntur ad executionem per Episcopum. c. Si hæ-  
 redes. De testament. Sed pertinetne (dicitur) ista testamen-  
 torum cognitio ad Episcopos, contra sanctionem. l. Cõ-  
 sulta diualia. C. De testament. Respondeo: Publicatio-  
 nem & cognitionem solemnitatis testamentariæ fa-  
 tentur ad forum auii prorsus pertinere. Sed defen-  
 sionem atque exequendi curam uendicant sibi eccle-  
 siasticã. Gloss. in. d. c. Si heredes, per. c. Ioannes. De  
 testamen.

## HAERETICVS.

Bona hereticorum, hoc est, illorum, qui cognita Di-  
 uini uerbi ueritate nolunt ab obstinacia sua discedere:  
 publicantur & confiscantur: siue filios habeant, siue  
 non habeant. Nam iure pontificio etiam ijs nihil est  
 relin-

relinquendum. c. Vergentis in senium. De heretic. Leges autem ablata hereticis bona conadunt filijs. l. Manichæos. l. Cognouimus. C. De hereti.

## IVDEX.

## I.

Leges permittunt iudici, ut in adenter etiam de causa ecclesiastica cognoscat. l. Quoties. C. De iudici. l. Qui non cogitur. ff. Eod. tit. l. Si idem cum eodem. ff. De iurisdictione. Pontificij uero canones nullo modo conadunt iudici civili cognitionem ecclesiasticæ causæ. c. Tua. De ordi. iudicio. c. Causam. Et. c. Lator. Qui fili. sint legiti.

## II.

Iudex appellationis non potest secundum leges committere causam, reseruata sibi sententia. Authen. Ad hæc. C. De iudici. Ius uero canonicum id permittit. c. Super questionum. §. intentionis. De offici. delegat.

## III.

Iudex ordinarius sanctione legum non potest recusari, quamuis alius sepe adiungatur. l. i. C. Quando. Impera. inter pupil. & uidu. l. si. C. De iurisdictione. omnium. iudic. Tractatur in. l. Apertissimi. C. De iudic. Et hæc est cõmunis opinio, quam testatur Abbas in. c. i. De for. competen. Canones autem permittunt etiam ordinarium ex legitima causa recusari. c. Si quis contra clericum. De for. competen. c. Cum speciali. De appellationi.

tionis.

III.

Iure civili possunt litigatores sese aperto consensu subijcere iurisdictioni alienæ extra forum suum. l. ij. In princ. ff. De iudiâ. l. i. C. De iurisdictioni. omni. iudic. l. Si qui ex consensu. C. De Episc. audien. Canones autem id uctant. c. Significasti. De for. competen. Nisi consentiat Episcopus. c. P. & G. De offiâ. delegat. iij. q. vi. c. Non licet.

V.

Iudex datus ut cognoscat de proprietate: non potest secundum leges iudicare solam possessionis causam. l. Si de proprietate. C. Si à nō competen. iudic. Iure uero canonico id licet iudiâ etiam simpliâter delegato. c. i. & c. Pastoralis. De caus. possess. & proprie. c. i. De sequestra. possess. & fructu.

VI.

Iudex ordinarius non potest esse arbiter iure civili. l. Sed & si seruum. §. Si quis iudex. ff. De recept. arbit. iij. q. vij. c. Tria. Canones autem id permittunt. c. Cùm causam. De electio. c. Cùm tempore. De arbit. Viâ de Nouell. Vt different. iudic. §. Si uerò contingit.

VII.

Iure civili potest iudex incidenter cognoscere de causa, quæ alioquin non pertinet ad iurisdictionem eius. l. Quotiës. C. De iudiâ. l. Adite. C. De ordi. iudiâor. l. Si idem. ff. De iurisdictioni. Et. l. Qui non cogitur. ff. De iudiâ. At canones uctant eum de causa ecclesiastica

cognoscere. c. Tuā. De ordi. cogni. c. Causam. i. Qui filii sint legitii.

## VIII.

Iudex potest sententiā interlocutoriam reuocare, etiam post decem dies, præsertim, quæ continet præceptum de dando aut restituendo. l. Quod iussit. ff. De re iudic. Canones autem liberius permittunt reuocationem sententiæ. c. Cū assante. De appellationi.

## IX.

Iudex differens causam prætextu alicuius dubitationis, quæ tamē nulla est: punitur secundū legum sanctionē infamia, et, xxx. libris auri. l. Eum quem temere. §. i. ff. De iudici. Nouell. De iudiab. Et. l. Ulti. C. De pœn. iudic. qui mal. iudic. Nouell. Vt litigan. in exordi. litis iur. §. Si quis aut. iure aut pontificio suspenditur talis iudex per annū ab offiāo. c. i. De senten. et re iudicat. lib. vi. Notatur in. c. Intimasti. De appellati. post gloss. ultimam. Profectò, si quis à singulis iudiabus, qui causam differunt, unum exigat aureum (absit à bonis macula) is nonne fuerit diuitias Cræsi superaturus?

## I N D V C I A E.

Ius civile concedit viginti dies in iudicijs, ad deliberandū reo cōuento. iij. q. iij. c. Offeratur. Iure aut canonico nullū tēpus est diffinitū, sed reliquitur iudiās arbitrio. c. Dilctus. De procurato. c. Cū sit Romana. De appellatione. c. Quoniā frequēter. §. Si uerò. Vt lit. nō constat.

## I N T E R D I C T V M.

Interdictum recuperandæ possessionis secundum leges

COLLATIO.

35

ges non competit, nisi aduersus deijacentem, uel eū, qui deijā mandauit, uel qui saltem ratum habuit. l. Cūm à te. ff. De ui & ui armat. Canones uerò aduersus quemcunque possessorem rei ereptæ conædunt. c. Cūm dilectus. De ordi. cognitio. c. Sæpe. De restituti. spoliato. iij. q. i. c. Redintegranda.

IUDICIUM.

I.

Facilius admittunt canones iudicium sine ordine soleni, quàm leges. l. Prolatā. C. De sententi. & interlocutio. omni. iud. d. Et. l. Si absentem. C. De accusatio. c. Vestra. & c. Tua nos. De cohabitati. clerico. & mulie.

II.

Iudicijs exerandis præscriptum est triennium, tempus artē sufficiens causarum cognitionibus. l. Prope-randum. C. De iudic. incipit enim à die litis contestate, & finito triennio perit iuris potestatis instantia. Canones uerò non uidentur istam præscriptionem reciperere, multò minùs mos ualde perniciosus. c. Venerabilis. De iudic.

III.

Negatiua positio iure ciuili non procedit: quia quæ non possunt probari, ea sine fructu ponuntur. l. Actor. C. De probatio. Canones uerò admittunt articulum negatiuum. c. Statuimus. De confess. lib. vi. Unde uideant formularij, quàm ineptè congerant istas uoces barbaras, ut ex negatiua faciant adfirmatiuam: Est

Cij pra

præter id & absque eo quod tradidit. Quid enim hoc est aliud, quàm Non tradidit? Putâs ne rem mutari uerborum larus?

## III.

Iudicio petitorio pendente, potest ante conclusionem actor de adipiscenda uel recuperanda possessione experiri permissu iuris ciuilibus. Quod tamen canones uariant, in. c. Pastoralis. De caus. possessio. Et in. c. Significauerunt. De testib.

## V.

Iudicium criminale nunquam procedit aduersus absentem, ad receptionem testium, lite non contestata: excepto crimine apparitoris. l. Ne diu. C. De pœ. l. ij. C. De requiren. reis. At canones permittunt recipi testes, tum in crimine, tum in electione & restitutione. c. Veritatis. De dol. & contumacia. c. Quoniam frequenter. §. Porro. Ut lit. non contestat. c. Ex tua. De cleric. non resistentib. iij. q. ix. c. De carnibus.

## I V R A M E N T V M.

Iuramentum non semper infamat non seruantem. l. ij. C. De rebus credit. l. ij. ff. De crimi. stellio. præsertim, si neminem ledat, ut tractatur in. l. Si quis maior. C. De transactionib. Pontificatio autem iure iuramentum infamat omnibus modis. vi. q. i. c. Quoties.

## I M P V B E S.

Iure ciuili non admittitur impubes ad iurandum: quia nesciat in ea ætate, quid faciat, nec mysterium iurisiurandi intelligit. l. Qui iurasse. ff. De iureiuran. l. i. C. De fals.

fals. modo. Canones autem facilius admittunt delicta in pueris. c. i. De delict. pueror. Vide. l. Cum autem. §. Exapitur. ff. De edili. edict.

## INSTRUMENTVM.

Nomen Imperatoris proponitur instrumentis iure ciuili. Nouell. Vt preponat. nomē Imperat. Canones uero nomen Pontificis Romani præferunt. Quod & cōsuetudo uidetur amplexa.

## LVDVS.

## I.

Ludum aleatorium leges permittunt in conuiuio uesendi causa. l. si. ff. De aleato. Noxium tamen prohibēt. l. Nam ludus. ff. Ad leg. Aquili. At iure canonico, ludus omnino prohibetur, præsertim clericis. c. Inter dilectos. De excessib. prelati. c. Commessationes. xliiij. distinctio. Vbi conuiujs quoque ecclesiasticis interdicitur.

## II.

Pancration certaminis genus, quod aduocatis omnibus corporis uiribus expediebatur, atque alia id genus exercitamenta, iure ciuili probantur: quò magis iuentus ad militias Reipublicæ causa suscipiendas præparetur. Vnde Pancratium dictus est locus, in quo athletæ exercitabantur. l. Solent. Et l. seq. ff. De aleatorib. l. Qua actione. §. Si quis. ff. Ad leg. Aquili. Canones uerò detestantur huiusmodi certamina, & appellat torneamenta, à uulgari uocæ, Tornieren. c. i. De torneamēt. c. i. De sagittari.



IVRIS  
LEGATVS.

## I.

Legatus prināpis ad prouināam aliquam destinatus, uiuere debet sumptu fisa Imperatorij. Nouell. Vt null. iudic. §. Nulli. Et, De mandat. princi. §. Illud tamē. At legati Pontificis procurationibus aluntur. c. Accēdētes. De prescriptio. c. Cū instantia. et c. Procuratio nes. De censib.

## LIBELLVS FAMOSVS.

## I.

Libellum famosum scribens aduersus innocentem, conuictus plectitur capite secundum leges. l. Si quis famosum. C. De famos. libell. l. Ob carmen. ff. De poen. At etiam ius iubet eum uerberari seu flagellari. v. q. i. c. Qui in alterius. Quid autem merentur, qui diffamant proximum sine scripto quadam amulatione aut stulta, aut perfida? De hoc alibi dicimus ex. l. Diffamari. C. De ingenu. manu. ff.

## MVLIER.

## I.

Ius civile non uetat mulierem testimonium dicere: praterquam in testamento. l. Qui testamento. §. Mulier. ff. Qui testamen. facer. poss. Et, xv. q. v. c. De crimine. et. q. iij. c. Ex eo. Iure uerō pōtifiāo in criminibus nullo modo admittuntur. c. Tam literis. Et. c. Super eo. De

De testib. xxij. q. v. c. Mulierem. c. Forus. De uerbo. significat.

## II.

Mulier nubens & contrahens secundas nuptias intra annum luctus: notatur infamia. & punitur. Nouell. De restitu. & ea que par. §. si. l. i. C. De secund. nupti. l. Consensu. §. Si uerò. C. De repudi. l. Liberorū. §. i. ff. De his qui notan. infam. ius uerò pontificium absoluit eam à tali pœna, si intra annum nupsit. c. penulti. & c. si. De secund. nupti.

## III.

Mulier arbitri officio, aliisque publicis muneribus fungi non potest secundum leges. l. ij. ff. De re iudicat. Imò nec ad quasi publicum officium tutelæ admittitur: nisi & Velleiano senatusconsulto, & secundis nuptiis renunciauerit. Nouell. De heredi. que ab intesta. defuerunt. §. Ex his. Sed iura canonica admittunt foeminam, sicut etiam consuetudine uidemus imperia quedam esse mulieribus. c. Dilecti. De arbit. c. Cum dilecta. De confirmatio.

## III.

Mulier non admittitur ad munus procuratorium in iudicijs. l. Alienam. C. De procurato. l. ij. ff. De regul. iuris. Iure uerò pontificio, non simpliciter repellitur: admittenda, si autoritate superioris constituatur. c. Cui dilecta. De confirmati. util. uel inutil. xij. q. ij. c. Cum deuotissimam.

## V.

Mulier rapta nõ potest nubere raptori iure civili.l.l.  
 §.Sin autem.C. De rapt. uirg. Canones quoque ueteres  
 non admittēbant tale coniugium.xxxvi.q.ij.c. De pu-  
 ellis.c.Si autem. & c. Placuit. Recentior autem ponti-  
 ficum constitutio permittit.c. penult. De raptori.xxxvi.  
 q.ij.c. Deniq; & c. Tua.

## VI.

In paucis admodum casibus leges admittunt muli-  
 erem ad accusandum criminaliter: quàmuis à testimo-  
 nio eam non arceant, præterquàm in testamentis.xv.q.  
 iij.c. De crimine. Canones uerò aliter diffiniunt.c. De  
 cætero. De testib.

## MATRIMONIUM.

## I.

Qui unà cohabitant, uir & mulier: hi præsumun-  
 tur iure civili contraxisse nuptias.l. In liber.e. ff. De  
 rit. nuptia. Pontificæ autem consent potius fornicationē  
 esse: nisi doceatur nuptiarum solemnitas.xxx.q.v.c. A-  
 liter. Et, c. Illud quoq; De præsumptioni.

## II.

Tradunt nonnulli: iure canonico non requiri necesse  
 sariò consensum parentis in contrahendo matrimonio:  
 quanquàm leges id exigunt.l. Nec filiam.C. De nupti.  
 l. Nuptiæ. ff. De rit. nupti. Iuncto, c. i. xxvij. q. i. Sed  
 non rectè discernunt inter regulas summi iuris, & æ-  
 quitatem, secundum quã nihil discrepant lex & canõ

## III.

## III.

Inter seruum & anallam iure ciuili non est matrimonium, sed contubernium. l. Cum ancillis. C. De nupti. Verum canones non distinguunt in hoc liberū à seruo. c. i. De coniugi. seruor.

## III.

Matrimonium existimant doctores diffiniendum auctoritate anonum: non uerò iuris ciuilis. ij. q. ij. c. Hinc distinguendo.

## V.

Si matrimonio per uerba presentis consensus ligato intra perfectam aetatem, maritus cognouerit puellā in domo patris antea, quam domum duxerit, & mox decedat alteruter cōiugum: tunc locum habent omnia pacta dotalia perinde, ac si cohabitauerint. l. Praefectus. ff. De rit. nupti. l. si. ff. De legat. i. Argu. l. ij. ff. De priuilegi. credito.

## VI.

Eadem ratione, si presenti (ut dictum est) consensu matrimonio contracto, necdum secuta carnis copula, moriatur alteruter: habent locum pacta lucri dotalis, iuxta regulam. l. Nihil. ff. Rer. amota. Et. l. Nuptias. ff. De regul. iuris. l. DEO nobis. C. De. episc. & cleric.

Sed quid de sponso dicendum? Lucrabitur ne partem dotis mortuae coniugis futurae? Respondeo: Minime. l. Non sine. C. De bonis quae liber. Accedit. l. Falsus tutor. §. Iulianus tractat. ff. Quod fals. tuto. author.

Ut contrahat inuitus filius matrimonium, compelli à parente non potest iure ciuili. Filia uerò tenetur obsequi parentibus: nisi maritum prorsus indignum obtrudere uoluerint. l. Filiofamiliás. ff. De spōsalib. At iure canonico requiritur semper cōsensus tam filij quam filię. c. Cum loam. c. Requisiuit. De sponsal. c. i. De de sponsat. impuber. xxvij. q. ij. c. Sufficiat.

MANDATA, SEV (VT DICUNT) DELEGATA  
IURISDICTIO,

## I.

Iure ciuili non licet committere causas, nisi consiliarijs, quorū fides est explorata. Nouell. De iudiab. §. Si quis autem. Pontificis hodiē uidemus sine delectu personarum (modò sint prelati) mandare iurisdictionem. c. Pastoralis officij. §. item cum totum. De offia. delegat.

## II.

Mandata iurisdictione finitur morte mandantis secundum leges: nisi lis sit contestata. l. Et quia. ff. De iurisdictione. l. Amplius. ff. Rem rat. habet. Nouell. De litigios. §. Omnem. Canones uerò sola citatione perpetuant delegatam iurisdictionem. c. Relatum. c. Gratū. c. Licet. De offia. delegat. Modò tamen citatio proæfferit ad executionem ante mortem mandantis. c. ulti. §. i. De offia. delegat.

## III.

## III.

*Delegatus ab ordinario iudicis, sententiam quidem dicit: sed non potest eam civili iure exequi sine speciali concessione: quoniam executio pertinet ad ordinariam iurisdictionem, sicut et missio in possessionem bonorum. l. A. diuo Pio, In princ. ff. De re iudicat. l. Iubere. ff. De iurisdictione. Ius uero pontificium executionem quoque permittit uidetur, in. c. Præterea. et, c. Suspicionis. De officio delegati. Gloss. in. c. Si quos contra. De foro competentem. Verbo. Ipsius sollicitudine.*

## III.

*Lex civilis optima ratione uult, non aliter mandari causam, nisi iudex ipse audiat apud se litem contestari, et dicat sententiam. Reliquam enim functionem cognoscendi, propter legitimas occupationes, melius est alij committere, quam negligenter tractare. Nouell. Vt defuncti. seu fune. cor. §. illud. Et, De exhibend. reis. §. Si uero. Pontificij autem canones permittunt totam causam, principium, medium, et finem committi. c. Super questione. §. Intentionis. De officio delegati.*

## V.

*Si delegatus rursus committat alij causam (sic enim inoleuit, ut libenter omnia per substitutum expediamus, et ne proximi onus digito attingendo grauemur) tunc iure pontificio distinguitur: utrum totam causam subdelegauerit, ut appelletur ad primum delegantem: an uero partem aliquam, ut illo casu ad delegatum posteriori prouocetur. c. Super questionum. §. Porro.*

De

De offiā. delegat. Iure autem civili indistinctè appellatur ad delegantem. l. i. c. Qui pro sua iurisdictione. Ratio est: Quia licet iudex mandet iurisdictionem, ansetur tamen retinere originariam magistratus potestatem, commissio duntaxat excretio, quod arbitrato suo reuocat. l. i. §. ulti. ff. De offiā. eius cui mandat. est iuris. l. More. et, l. Quia. ff. De iurisdictione. l. Iudicium soluitur. ff. De iudici.

## VI.

Meri imperij nulla est delegatio iure civili, propter magnitudinem rei. l. i. ff. De offi. eius, cui mandat. est iurisdictione. Ea quoque non mandantur, quæ officio iudicis specialem cognitionem desiderant. l. Nec quidquam. ff. De offic. procons. et legat. Quod autem iure civili non delegentur ea, que meri sunt imperij, probat Abbas in c. Si quis contra, in fi. De for. competen. Per Authen. Ei qui iurat. c. De bon. auctori. iudic. possiden. l. Prope-randum. c. De iudici. dum dicit: Siue ipse iudex ex sua iurisdictione hoc facere potest: siue per relationem ad maiorem iudicem. Authen. Qui semel. c. Quomo. et quand. iud. Vbi delegatus à principe tantum dicitur per edictum, non inferior. Iure canonico diuersum est. c. Licet. De offic. uic. lib. vi. Cl. i. De hæretic. c. Cum uenissent. De eo qui mittit. in possess. c. Ex literis. De offi. delegat. Vbi iudex delegatus potest mandare executionem sententiæ. c. Quod ad sedem apostolicam. De offi. ordinari. c. In archiepiscopatu. De raptorib. xxij. q. iij. c. Illud. et, ij. q. vij. c. Si aut. c. Ad hoc. De offic. ordi-

dia

dinari. Quamquam & in hoc postea ius civile nonni-  
hil uariavit. l. Solēt. ff. De offiā. consul. Nouella. De col-  
latorib. §. Ad hoc prohibemus.

## VII.

Iudex ordinarius secundum leges non potest com-  
mittere causas, nisi medias, hoc est, trecentorum aure-  
orum. l. Placet. C. De pedā. iudiāb. Pontificium uero ius  
indistincte p̄mittit delegationē. c. Pastoralis, In princ.  
De offiā. delegat.

## VIII.

Iure civili, iudex cui mandata est iurisdictio, si ex  
caussa suspiciōnis reasetur, compellet litigatores, ut eli-  
gant arbitros, apud quos tum suspiciō, tum causa cog-  
noscat. l. Apertissimi. Et. l. Cum sp̄ciali. C. De iudiā.  
Pontificio autem iure sic statuitur. Ad discutiedam su-  
spiciōnis causam eliguntur arbitri: qui ubi uiderint al-  
legatam reasationem non probari, remittent cognitio-  
nem cause ad delegatū iudicem. Sin autem fuerit ue-  
ra: tunc rursus, si iudex reasatus est ordinarius: is co-  
get litigatores ad eligendos in primāpali causa arbi-  
tros: uel (si talem uiderit qualitātē eius) remittet to-  
tam cognitionem ad superiorem magistratum. Delega-  
tus autem, nullo modo, pr̄terquā suspiciōnis gratia,  
potest ad arbitrium urgeri: quoniam iurisdictio eius est  
suspensā. c. Reprehensibilis. c. Cum sp̄ciali. & c. Secū-  
dō requiris. De appellationi.

## IX.

Iure canonico non est necessarium probari causam  
suspiciō-



suspicionis: sed tam ordinarius, quàm delegatus sola al-  
legantis fide potest propter suspicionem conceptam re-  
cusari. Ita tamen, si legitimam adferat causam: & iu-  
reiuorando confirmet, se non calumniandi animo iudi-  
cium recusare. Sic enim malo dicere, quàm gloss. quæ  
nec causam putat exprimendam, in. l. Quia poterat. ff.  
Ad senatusc. Trebelli. Et in. l. Item si suspectus. ff. De  
procura. Leges autem tam simplicem recusantis allega-  
tionem non admittunt, ut paulò antè probatū est. Gloss.  
in. c. Secundò requiris. De appellatio. Abbas. in. c. i. De  
for. competen.

## MAGISTRATVS.

## I.

Spurij non prohibentur iure ciuili ad decuriona-  
tum uel honores eligi. l. Spurij. In princi. Et. l. Genera-  
liter. ff. De decurioni. At canones diuersum statuunt. Di-  
stincti. vi. c. i. & ij.

## II.

Magistratus ciuilis habet executionem gladij. l. Im-  
perium. ff. De iurisdictio. l. Illiat. s. Qui uniuersas. ff.  
De offic. presi. Canonicus autem magistratus non ha-  
bet gladium. xxxij. q. ij. c. Inter.

## PATER ET FILIVS.

## I.

Iudicium inter parentem & liberos in potestate,  
ius ciuile non facit admitti: nisi in causa castrensis uel  
quasi castrensis peculij. l. Lis nulla. ff. De iudic. l. Si quis  
uxori. In princ. ff. De furt. Emancipati quoque nō ali-

ter possunt agere, nisi impetrata uenia. l. fi. C. De in ius uocand. Actione famosa nullo modo aduersus parentes, sed duntaxat actione in factum possunt experiri. l. Si supsite. C. De dol. mal. At pontificium ius, sicut etiam tyrannus Mos nostri seculi, laxius indulget liberis potestatem agendi aduersus parentes. ij. q. vij. c. Queritur. Et. ij. q. i. c. Prohibentur. Vide. l. ij. C. De patri. potestat.

## II.

Parentes possunt testimonium dare pro filiis, quatenus ad rationem sanguinis attinet. c. Super eo. De testib. Leges uero non admittunt ullam parentis pro filio testificationem. l. Parentis. C. Eod. tit.

## III.

Filij familiarum regulariter non possunt sine consensu parentum esse in iudicio, & ne quidem propter peccatum castrense, uel quasi castrense. l. Cum non solum. §. Necessitatem. C. De bon. qua. liber. In ecclesiasticis uero rebus diuersum est. c. Accedens. De procuratori.

## III.

Sanctione legum patria potestas durat per omnem aetatem filij non emanati. Autoritas uero pontificij iuris soluit eam post adultam aetatem: ut contrahere possit matrimonium: ecclesiastica suscipere officia: & iuramenta prestare. xxij. q. ij. c. Puella. xxij. q. iij. c. Tribus. Unde & uoti libertatem canones dant, quam leges negant filijs familiarum. l. ij. §. Voto. ff. De pollutat. xxxij. q. ij. c. Honoratur. Gloss. m. l. DEO nobis. C. De episc. & cleric.

## V.

Filijs illegitimis, quos spurios appellamus, secundū leges possunt alimenta negari. Authen. Ex cōplexu. C. De inest. nupti. Authen. Licet patri. C. De naturali. liber. At ius canonicam iubet illis alimenta suppeditari. c. Per uenerabilē. Qui filii sint legitimi. c. Cū haberet. De eo qui duxit in matrimonio. quam polluit.

## VI.

Liberi in potestate parentum, non obligantur uotis suis, sicut nec impuberes. l. Vidua. C. De nupti. xxxij. q. ij. c. Mulier. Quo loco (mulier) accipitur pro impubere. Aliās tamē significat uirginē. l. Mulieris. ff. De uerbo. significati. Aliās corruptā. l. Alioqui. §. ff. De cōtractu. emptio. Canones autem obligant pueros doli capax. c. i. De delict. pueror.

## POTESTAS PATRIÆ.

Potestatem patriam soluit patriatatus dignitas: non autem tituli seu ordines (ut uocant) ecclesiastici. §. Filius familiars. Insti. Quib. mo. ius patri. potesta. soluit. Authen. Presbyteros. C. De episco. & cleric. Verūm potestati iure tituli ecclesiastiā tollunt patriā potestatem. c. Per uenerabilem, In primā. Qui filii sint legitimi. c. Cum uoluntate. §. ulti. De senten. excommunicati. Gloss. asserit hoc cōferri uerius in. c. Indecorum. De eta. & qualitat.

## PRAESCRIPTIO.

Præscriptio, hoc est, exceptio longi & longissimi tēporis

poris, differt legum sanctione. l. Diutina. C. De prescri-  
 pti. long. tempo. l. ulti. §. De usu capi. pro hered. At ca-  
 nones non distinguunt ista tempora, quatenus ad titu-  
 li rationem attinet. Volunt enim utrobique probari cau-  
 sam possessionis. c. Dudum. De decim. c. Si diligenti. De  
 prescriptioni. c. Licet. De probationi.

## POSSESSIO.

Qui se offert liti, perinde condemnatur ac si pos-  
 sideret, legum sanctione. l. Is qui se. ff. De rei uindic. l.  
 Qui se liti. ff. De peti. heredita. l. Parem. ff. De regul. iu-  
 ris. Verum canones id non recipiunt. xvi. q. vi. c. Et ne sit  
 Episcopum. c. Ecclesiam. Ut lit. pendens.

## PROCURATOR.

## I.

Quod meo nomine gestum non est, id ratum habere  
 non possum ex legum sanctione. l. Si ui à me. ff. De ui et  
 ui armat. Arg. à contrario sensu. l. Item si cū putauit. §.  
 Atqui alienum. ff. Negocio. gestor. Ius uerò canonicum  
 permittit haberi ratū ab eo, cuius nomine gestum non  
 est. xvi. q. i. c. ulti. c. iij. De his, quæ fiunt.

## II.

Significatio syndia, actoris, œconomi, procuratoris,  
 discernitur iure auli. Instit. De satisfati. tutor. §. si. c.  
 l. i. ff. De procurato. l. Munerum. §. Defensores. ff. De ma-  
 neri. c. honorib. l. Iubemus. C. De sacros. ecclesi. Ca-  
 nones autem ista promiscuè accipiunt. c. Petitio uestra.  
 Et. c. In causis. De procurato.

## III.

Procurator propter infamiam non potest repelli,  
secundum leges. Instit. De exceptioni. §. si. Canones uero  
tales non admittunt. c. Imperatorum. In fi. De iurament.  
calū. v. q. iij. c. Quia episcopi. Et, iij. q. vij. c. i. & c. In-  
fames.

## P A T R I A.

## I.

Boni aues tenentur patriam defendere, cui debent  
omnia. l. i. C. Vnde ui. xxij. q. ij. c. Dominus noster. At  
cleria prohibentur iure canonico arma sumere. c. Ex  
multa. De uot. Et distincti. i. c. Clericum qui paganum.  
Notatur in. c. Suscepimus. De homici.

## P O E N A.

## I.

Nulla poena iure auii excedit quadruplum. §. Om-  
nes autem actiones. Instit. De actionib. Iure uero canoni-  
co aliter est. xvij. q. iij. c. Quisquis. & xij. q. ij. c. Cum  
deuotissimam.

## II.

Poenarum rigorem ius auii exigit, ad retinendam  
in Republica disciplinam. l. Si quis in tantam. C. Vnde  
ui. l. ij. §. Si quis. ff. Si quis in ius uocat. non. ier. Canones  
autem nonnihil remittunt. c. Saep. De restitu. spolio. c. i.  
De dol. & contuma.

## III.

Si quis promittat aliquid dare sub poena: is, si uel  
partem non det, tenebitur iure auii ad totam poenam.

l. Hærea

## COLLATIO.

51

*l. Heredes. §. In illa. ff. Famili. eriscund. l. Stipulationū.  
 §. si. ff. De uerbo. obligatio. l. Si seruus. §. Si plurium. ff.  
 Si quis cautionib. Iure autem pontificatio potest aduer-  
 sus exigentem poenam opponi exæptio. c. Suam. De  
 poenis.*

## III.

*Sicut promissio poenæ non ualet in contractu ma-  
 trimonij: ita nec arrarum, iure pontificio. c. Gemma. De  
 sponsalib. c. Inter corporalia. De transactio. Leges ue-  
 rò poenam reprobant, arram non æquē. l. Titia. §. Idem  
 respondit. ff. De uerbor. obliga. l. si. C. De sponsalib.*

## V.

*Pœna mortis, uel abscisio membrorum permittit-  
 tur magistratibus ciuilibus. Nec tale imperiū alij (ex-  
 æpta absentie caussa) potest demandari, secundum le-  
 ges. l. Solēt. ff. De offic. Proconsul. Et. l. i. ff. De offic. e-  
 ius, cui manda. est iurisdic. Canonēs uerò omni sangui-  
 nis ultione interdiciunt clericis. c. In archiepiscopatu.  
 De raptori. c. i. De homicid.*

## PATRONVS.

## I.

*Patronus laicus presentans indignum, non pri-  
 uatur iure suo, nec presentatio deuoluitur ad supe-  
 riorem. In clerico autem patrono, qui sic presen-  
 tat, diuersum ius est. c. Cum nobis. De offic. ordinari. c.  
 Cum in cunctis. De electio. Vide Nouell. De sanctiss. e-  
 pisc. §. Si quis.*

Dij

Rea

IVRIS  
RESTITVTIO.

I.

Ius ciuile non restituit ecclesiam aduersus libertatem, sicut nec minorem. l. Si ex causa. §. Pomponius ait. ff. De minorib. l. i. c. Si aduers. liberta. Aequiparat enim ecclesiam & minorem. l. si. c. De sacros. ecclesi. Pōtificia uerò decreta restituumt ecclesiā aduersus libertatem. xij. q. ij. c. Et si illi.

II.

Reuersus postliminio, conceditur resasoria actio intra quadriennium. §. Rursus. Insti. De actioni. l. si. c. De in integ. restitutio. Iure uerò pōtificio, nō currit prescriptio ulla aduersus captos ab hostibus. xvi. q. iij. c. Prima actio.

III.

Lege ciuili uidetur probari, quòd ecclesia restituatur aduersus prescriptionem: quoniā equiparatur rei publicæ & minori. l. si. c. De sacros. ecclesi. l. i. c. l. Respublicæ. c. Ex quib. caus. maior. Verum ius pontificium nō subuenit ecclesijs aduersus prescriptiones. Gloss. in. c. Auditis. De in integ. resti. xvi. q. iij. c. Placuit.

III.

Pendente questione, utrum restitui quis debeat: iure ciuili nihil est innouandum. Vt. c. Nil noua. in integ. restitui. penden. Pontificijs autem decretis, sententia prius dicta mandabitur executioni: accepta cautione, quòd si restitutionem habere locum constiterit, ut tum omnia retrò mandetur. c. Scisātata. De in integ. restitutio.

Spon

## COLLATIO.

53

## SPONSALIA.

Arrhe sponsaliorum nomine dari solite, non possunt repeti iure civili, quando nulla est causa renuncianti matrimonij. l. si. C. De sponsalib. l. Titia. ff. De verb. obligati. l. ij. ff. De inutili. stipulatio. Pontificio autem iure diuersum est. c. Gemma. De sponsali.

## SEQUESTRATIO.

Canones sepe permittunt sequestrationem, quam ius civile prohibet. c. Ex literis. De dol. & contumacia. l. i. C. De prohibi. sequestra.

## SENTENTIA.

## I.

Ius civile uetat dici sententiam diffinitiuam ante litem contestationem: nisi in causa appellationis. l. ulti. §. Illud. C. De appellatio. Sed canones in causa matrimonij coniungendi, permittunt sic pronudari, sicut & in electionibus. c. i. & c. Quoniam. §. Porro. Ut lit. non contestat.

## II.

Sententia utrum in personam domini, an in personam procuratoris conapiatur, refert iure civili. l. i. C. De sententi. & interloc. omni. iudic. Verum canones non obseruant istam pronudandi differetiam. c. Licet causam, in si. & c. Satisfata. De in integ. restitutio. c. Sospitae, ij. De censib. c. In nostra. De sepultu.

## SEPULTURA.

Lex civilis iubet corpora mortuorum sepeliri extra ciuitatem. l. Mortuorum. C. De religiof. Canones uero



statuunt sepulturas tum in templis, tum in pomerijs eorum, ut in Tit. De sepultu.

## SPORTVLAE.

Iudicia delegata dantur sportulae, secundum leges. Si enim causa sit centum aut plurium aureorum: in principio dantur duo aurei, & totidem in fine litis. Nouell. De iudicia. §. Ne autem. Canones uero prohibent prorsus sportulas: praeterquam ut proficiasenti iudicia suppeditetur uaticium. c. Cum ab omni. De uit. & honesta. clerico. c. Statutum. §. Insuper ut gratis. De rescript. lib. vi.

## SORS.

Sors in se senihil habet, quod turpitudinem pariat, nisi abusu corrumpatur. Itaque iure auiili multis modis potest uideri liata & utilis. l. Cum praetor. l. Sed cum ambo. ff. De iudic. l. Ex co. ff. De testamen. xxxvi. q. ij. c. Sors. & c. Hi qui. Distincti. xxv. c. Qualis. xv. q. iij. c. De crimine. l. Si qui sunt. ff. Famili. creiscund. l. Si duobus. In prin. c. Commu. de legat. Canones autem reantiores sortem simpliciter prohibent. c. De sortile.

## STIPVLATIO.

Canones admittunt hanc stipulationem: Promittis mihi, daturum te Titio decem: maxime si iuramentum addatur a promissore. xxij. q. v. c. Iuramenti. & i. q. vij. c. Quoties credis. Legibus autem non probatur talis forma. l. Stipulatio ista. §. Alteri. ff. De uerbo. obliga. Insti. De inutili. stipulatio. §. Alteri. Nisi sit seruus, uel pro-

cura

curator alterius, qui stipulatur. l. Si procuratori presentis. ff. De uerbo. obligatio.

## TESTIS.

## I.

Testes, ut ueritati patroñentur, iure auii possunt cogi legitimis remedijs. l. Si quod. et Authen. Sed hodiè. C. De testib. Canones uerò non ita urgent testes, nisi odio uel gratia alterutrius partis sese subtraxerint. c. Super eo. et c. Dilectorum. De testib. cogend.

## II.

Apertis testimonijs permittunt canones probari nos articulos per testes. c. Ex tenore. et c. Veniens. De testib. c. Cum Ioannes. De fid. instrumen. Leges autem id uetant, sicut ibidem tractatur.

## III.

Iure pontificio sepe creditur uni testi: sepe item ijs, qui non, nisi quod ab alijs audiuerint, causam scientie adferunt, creditur: quoties nullum uertitur alterius præiudicium. c. Quoties. et c. Licet. De probationi. De cōsecratio. Distinctio. iij. c. Paruulos. et c. Cùm itaq; Leges uerò nolunt credi dicto unius testis. l. Iurisiurandi. C. De testib.

## III.

Publicatis testium dictis, non possunt illi ipsi in causa appellationis recipi super ijsdem articulis. c. Fraternitatem. De testib. Cle. Testibus. Eodem tit. Iure autem auii admittuntur. l. Eos. §. i. C. De appellationi. l. Perhæc. C. De tempori. appellatio.

## V.

Ob crimen nemo secundum leges à testimonio repellitur, nisi damnatus. l. iij. §. Lex Iulia. ff. De testib. l. Athletas. §. Calumniator. ff. De his, qui notan. infami. Iure uerò pontificio non admittuntur illi, quorum crimen possit ostendi, tametsi non ante à iudicatum. c. Super eo. & c. Testimonium De testib.

## VI.

Testes inuiti non possunt iure canonico compelli ut testimonium dicant, exceptis quibusdam casibus. c. Delictorum. De testib. cogend. Sed iure auii testes regulariter in omnibus causis cogi possunt ad ueritatis patrocinium; nisi sint psonæ legitima ratione exemptæ. l. Lex Iulia. & l. Inuiti. ff. De testib.

## TESTAMENTVM.

## I.

Legatum rei alienæ in testamento ualet nonnunquam, si aut à sciente, aut etiam ab ignorante testatore cognato relictum fuerit. l. Cùm alienam. C. De legat. Insit. eod. tit. §. Non solum. & §. Quod autem. Iure uerò pontificio legatum alienæ rei non ualet. c. Filius noster. De testament. xij. q. ij. c. Si Episcopus.

## II.

Testamentorum solemnitatem septem testibus constare uolunt leges: ut occurratur fraudibus, quas contra ultimas ac nunquam redituras uoluntates multi propter uentrè admitterent. Codiâllis quinque testes ordinariunt. l. Hac consultißima. l. Si unus, & l. ulti. C. De testamēt.

*l. fi. C. De codicill. Ius autem canonicum in relictis ad pi-  
as causas remisit hunc testium numerū, ut duo uel tres  
sufficiant apud parochū. c. Cum esses. De testament. Vbi  
atatur locus, Deutero. 17.*

## III.

*Institutiones, quæ conferuntur in arbitrium alteri-  
us, iure auii non ualēt. l. Illa institutio. l. Si quis Sem-  
pronii. Et. l. Captatorias. ff. De heredib. instituē. l. Ca-  
ptatorias. C. De milita testamen. Et. l. Captatorias. ff. De  
lega. i. Iure autē pontificāo, si quis in testamento commi-  
tat bona sua arbitrio alterius: uidetur fidei eius commi-  
sisse, ut ad pietatē bona relictā distribuat: ideoq; nō cen-  
setur intestatus decedere. c. Cum inter. De testament.*

## VSVRAE.

*Vsuras permittunt leges. Tit. ff. §. C. De usur.  
Canones uerò prohibent. c. iij. Eodem tit. Vtimur re i-  
psa hoc tēpore nō minus, quàm olim: nominis autem (ne-  
sāo qua ratione) nos pudet.*

## VSVCAPIO.

## I.

*Leges in initio usucapionis duntaxat exigunt bo-  
nam fidem. l. i. §. Hoc tantummodò. C. De usucapi. trās-  
for. Longissimo autem tempore, xxx. & xl. annorum, ea  
lapso, non quæritur amplius de bona fide: multò mi-  
nus, si nulla extet hominum memoria, quando cœperit  
posseſſio. l. fi. C. De præscriptio. long. tēpo. l. i. C. De an-  
nal. exaptio. l. ij. §. Idem Labeo. ff. De aqu. & aqu. plu-*

ui. ar. en. Canones autē semper requirunt bonam fidem.  
 c. Vigilanti. De præscriptio. xxxiiij. q. ij. c. Si uirgo. c.  
 Possessor. De reg. iuris. Sed si præscriptionē discernas  
 ab usucapione, nulla erit diuersitas inter leges & ca-  
 nones ipso rei effectu.

## II.

Qui conuentus in iudicio, per litis cōtestationē in-  
 cipit habere malam fidem: is postea manens in posses-  
 sione, usucapit iure auli. l. fi. C. De præscripti. trigint. an-  
 nor. Canones uerò hūc ab usucapione repellūt. c. Quo-  
 niam. De præscriptio.

## III.

Seruitutes & iura, quæ continuam non habent au-  
 san, requirunt duplicatum tempus, & tantum (ut ple-  
 risq; placet) auius memoria non extet. l. fi. C. De serui-  
 tuti. l. Si sic constituta. ff. Quemad. seruitut. amittan. l. i.  
 In fi. ff. De aq. & aq. plu. ar. en. Iure uerò pontificio, in  
 omnibus æque iuribus præcedit præscriptio. xl. annorū.  
 c. De quarta. De præscriptio. c. Cū ecclesia. De aul.  
 possessio.

## III.

Usucapio præcedit tam heredi, quàm alijs successo-  
 ribus: etiam si testatores intellexerint rem esse alienam.  
 §. Diutina. Instit. De usucapio. Iure canonico non æque.  
 cap. De præscriptio.

## VNIVERSITAS.

## I.

Iure auli uniuersitas non dat procuratorē, sed sine  
 gula

gularis persona. l. ij. ff. De procurato. Vnde, qui nomine  
 uniuersitatis interuenit, is actor siue syndicus dici solet.  
 l. i. §. Quibus autem permissum. ff. Quod cuiusque u  
 niuersi. nomi. Ius autē pontificiū appellatione procura  
 toris comprehendit omnes. c. In pertractandis. & c. Im  
 peratores. De iurament. calum. Caterū Nouell. De san  
 ctissi. Episc. §. Si quando: non uidetur hęc differentia  
 obseruari.

## II.

Administrator collegij uel uniuersitatis ciuilib, iur  
 rat de calūnia. l. Municipipes. ff. Ad municipia. l. Muni  
 cipibus. ff. De conditionib. & demonstra. l. ij. §. Hac eti  
 am. C. De iuramen. calumni. Sed ecclesiasticę collegia p  
 se præstant: nisi œconomum habeant. c. Imperatorum.  
 De iuram. calum. c. Præsentium. De testib. lib. vi.

THESES AD CONCILIATI  
 ONEM IURIS CIVI  
 LIS ET CANONICI  
 COMMODAE,  
 ARBITER.

- I. Iusurandum in necessitate ueritati, sine DEI con  
 temptu, patrocinari potest.
- II. Nullum ius uult litigatores urgeri, ut causam su  
 am apud suspectos iudices persequantur.

## ACTIO.

- I. Ius uult exprimi causa, ex qua reluæat actio. Que  
 demonstratio quum ubiq; sit uia nominis: cõsequens est,  
 actio

actionem esse proponendam, nec ullo iure permitti iudicium sine actione.

II. Bonus uir ex omni legitima causa ultrò fidem suam liberare debet. Tãetsi propter malos oportet formam constituere certã, quatenus urgendi sunt ad obseruandam conuentionem. l. i. ff. De pact.

III. Rei effectu non ita multum distat commutabilis possessor, & custos bonorum. Vterq; enim momentaneus est possessor.

IIII. Ecclesiastici, quos nihil minas quàm lites deat, uno statim libello debent omnes querelas complecti.

#### ABSENS.

Clericas, ne officium uelut quandam stationem in ecclesia sibi commissam deserant, non omnis absentia permittitur.

#### ACCUSATIO.

I. Impius frater, meritò ius sanguinis amittit.

II. Purgationem ius non uetat: sed modum & causam purgandi distinguit.

III. Ecclesiam DEI oportet purioribus constare ministris, quàm ciuilem Rempublicam.

#### ACCUSATIO MUTUA.

Sicut non semper, ita sepe admittenda est mutua accusatio, ad instar mutue petitionis.

#### ACCUSATIONIS PROSECVTIO.

Longè alia est ratio prosequende accusationis, quàm intena

intendende. Priore enim casu neccessario: posteriore autē temerē uidetur ad iudiciū uenire.

## ADFINITAS.

Semper in coniunctionibus, non solum quid licet, considerandum est: sed & quod honestum est, ait Modestinus. ff. De rit. nupti.

## APPELLATIO,

- I. Nullum ius admittit temerariam appellationem, hoc est, quæ nullum adfert grauamen de iure & æquitate.
- II. Causam appellationis semper oportet esse talem, ut si probetur, emendanda sit sententia. l. i. ff. De appellatio. & relatio.
- III. Gradus appellationum, qui impedimentum adferunt expediendæ litis, nulla ratione probantur.
- III. Puniendum esse prouocantem sine causa, omnes Legislatores consentiunt.

## BONA FIDES.

Qui sine causa dubitat, is similis est nescienti. Nemo autem rem alienam debet cupere dubitando.

## CONFISCATIO.

Qui ecclesiam uoluerit instituere, & filium ex hæredare: alium quærat, non Augustinum consultorem.

## CRIMEN.

- I. Vna est omnium peccatorū deformitas, quatenus ad simplicem naturæ puritatem attinet.
- II. Testium fidem audire, ut ueritas appareat, nullo tempore, quo urget neccessitas, prohibetur.



III. Quos DEVS coniunxit, homo (nisi propter a<sup>m</sup> adulterij causam) non separabit hoc tempore.

III. Iudicium fiat à liberaliter dante rectè accipitur: ita non est à tenuioribus exigendum.

VI. Peccatum arguit impietate, quam nullum ius probat. Quatenus tamen ab officijs civilibus urgendus sit delinquens, necessario distinguitur.

VI. Animus facit homicidium coram DEO: cunctus iudicium committitur, ad poenam corporis.

VII. Adulterij accusationem nullum ius adimit.

VIII. Semper inter duo mala, minus malum tolerando dissimulat ius.

IX. Homicidium nullo iure permittitur, quod causam non habet longè maximam.

X. Restrungenda est, quoad fieri potest, acerbiter coniuges accusatio.

#### COMPENSATIO DELICTORVM.

Quotiesaque alterius lesio uertitur: toties non sunt compensanda maleficia duorum plurius inter se delinquentium.

#### CESSIO.

I. Simulatam cessionem ius improbat, quantumuis coloratam.

II. Qui potest egenti soluere debitum: is impie fecerit, si ad beneficium iuris confugiat.

#### CITATIO.

Dubia prorsus citatio, neminem potest artare.

## CONTRACTVS.

- I. Nullum ius probat dolosam deceptionem: sed negotiationum lucris forma præscribitur.
- II. Vbi nullum uertitur alienandi periculum: ibi nulla opus est solemnitate.
- III. Impossibile nulla est obligatio.

CONDICTIO OB TURP  
PEM CAUSAM.

Pro rerum & personarum conditione potest semper uideri turpe, quod datur.

## DOS.

Iuramentum non debet tueri iniquitatem. xxij. q. iij. c. Inter cetera.

## EXCEPTIO.

- I. Nulla prorsus est admittenda exceptio, quam apparet ampliandæ litis gratiâ obtrudi ius suum persequentibus. Abbas in. c. Ex parte. ij. De offic. delega. Innocentius in. c. Post electionem, In fi. De concessio. præbend.
- II. Vide supra, Arbitr. II.
- III. In ecclesia CHRISTI gubernanda maturior ætas requiritur.

## FORVM.

- I. Iustitiæ administratio nemini quidem subtrahenda est: ita tamen, ut unicuique magistratui sua functio relinquatur.
- II. Personis ecclesiasticis non dæet tale permitti arbitrium de rebus plerunq; ad ecclesiã pertinētibus con-  
tro-

trouertendi, quale habent ciues de rebus prophanis.

## FRUCTVS.

Non oportet iure fructuum censeri id, quod DEO  
 & pietati exerandæ contribuitur.

## FAMA.

Nunquam aliquid tribuendum est incerto rumori,  
 quem Cicero in Philipp. improbissimum sepe ac dissi-  
 pandum esse sentit.

## HAERES.

I. Qui soluerè potest, quod alij debet quouis modo: is  
 non rectè utitur præduri iuris excusationibus.

II. Vltimæ uoluntati obtemperandum est ab om-  
 nibus.

III. Proximo sanguini debetur hereditas.

III. Qui nullum sentit commodum: is propter alte-  
 rius personam delinquentem conueniri non potest.

## HAERETICVS.

Hæreticorum pessima est conditio: quoniam aduer-  
 sus diuinam maiestatem peccant obstinatione. Ideò gra-  
 uiter puniuntur. I. Hac edictali. C. De hæretic.

## IVDEX.

I. Commoditas fori æstimanda est ex personarum cir-  
 cumstantia.

II. Causæ litigantium celeri cognitione sunt diri-  
 mende.

III. Vide Arbitr. II.

III. Omnes lapides sunt mouendi, ut dirimantur  
 lites.

V. Commoditatem cognoscendi, causarum docet qualitas.

VI. Qualianque potest iudex modo, componere debet lites inter eos, qui à molestia liberari cupiunt.

VII. Vbi nihil aliud obstat, ibi in adens accedit prima apali.

VIII. Quum humane sit imbecillitatis errare: cōdonanda est reuocatio.

IX. Inhumani hominis est, non moueri molestijs litigantium.

## INDVCIÆ.

Nemini est neganda deliberatio eorum, quæ imminent cum dispendio.

## INTERDICTVM.

Nemo, causa non ritè cognita, destituendus est possessione sua.

## IUDICIVM.

I. Certa iudicandi forma, quæ omnibus deseruiat causis, minimè gentium potest prescribi.

II. Celerrimè pro uiribus lites dirimere debet iudex.

III. Multis modis probari possunt ea, quæ adferuntur negando.

IIII. Possessio uniuscuiusque iusta semper est defendenda.

V. Veritatis inuestigatio omnibus modis est pia: sed eo pretextu non semper licet absentem damnare.

## IVRAMENTVM.

Improbi est hominis, sub fide religiosa proximum deapere. Coram DEO item inter promissiones nulla est differentia, quin liat & debeant obseruari. xxij. q. v. c. Iuramenti.

## IMPVBES.

Religionem uenerari deat omnes.

## INSTRVMENTVM.

Fide indubitata tēporis oportet publicam muniri probationem, quæ omnibus ex æquo negocijs patroa-  
netur.

## LV DVS.

- I. Ludus, qui neque personarum, neque rerum conditioni perniciam adfert, nō prohibetur. Nullius enim Legislatoris tam prædurum fuit consilium, ut temperatum homini solatium adimeretur.
- II. Cruenta hominum certamina, posterioribus seculis, unanimitate utriusque iuris auctores recte sustulerunt. l. i. C. De gladiatori.

## LEGATVS.

- I. Legatus cuiuslibet, qui uaticum accepit undē uiuat: is debet nō grauare prouināales. Et lōgē alia quōdam ecclesiarum erat tenuitas, atq; nunc est.
- II. Diuersitas poenarum, antinomiam non faciūt. Cōfentiunt omnes. omnium seculorum auctores, puniendos esse diffamatores, genus sanē hominum, quo nullum est in Republica pestilentius. Nam alterius lesione delectantur, cuius nullum prorsus ferunt commodum.

Mulier.

## MVLIER.

- I. Nullum ius adprobat leues mulierum mores. Verum, si ueritati possint in summa probandi inopia patrocinari, non sunt repudiande, sicut nec in administratione iuris & æquitatis. c. Dilecti. De arbit. Et ibi Abbas.
- II. Ratio confundende sobolis id suadet: quæ ubi cõsuetudine, nihil prohibet eam in domino nubere: presertim, si necessaria id suadeat ratio rei familiaris. Quod & cõsuetudo ample cõtinetur.
- III. Fœminarum conditionem nullum ius æquiparat uirilibus officijs: nempe quas DEVS sic creauit, ut uiris obtemperarent. Gen. 3. Verum alia quoddam uirtutis ratione possunt (modò id non passim sine delectu fiat) admitti. Nam & in ueteri lege apud Hebræos iudicabant populum. xv. q. iij. c. i.
- III. Addunt canones temperamentum, non repugnant legibus.
- V. Multi hic putant antinomiali, quum tamen nulla sit. Nam, c. penulti. c. tenus permittit matrimoniũ maritum, si mulier consentiat. Nõ autem probat raptum, nec consensum ex eo metitur, sed ex coniunctione carnali. Et potius cõsuetudine tolerandum raptum, quam dissolui coniugium re ipsa contractum. Quare, c. ulti. ibidẽ latius id explicat. Et errant, qui regulam inde statuerunt. Sine cõsensu parẽtũ nuptias liberorũ procedere.
- VI. Inconstantia mulierum semper iudici suspecta esse debet: quam facile æstimabit. Nec ullo iure possunt

prescribi perpetuæ diffinitiones: quando mulier rectè  
accuset.

MATRIMONIUM.

I. In casu aperto nihil discrepant. In dubio, arcan-  
stantiæ quouis modo collectæ à personis, utriusque iu-  
ris coniecturam iuuabunt.

II. Hanc diuersitatem colligunt potissimum ex.c.  
penulti. De raptori. Sed errant, quòd ex una hypo-  
thesi constituunt regulam. Et interim tamen.c.ulti. Ex  
od. tit. determinat adeòq; restringit sententiam præce-  
dentis loci.

III. In hoc gentes, cum uerum DEVM ignorarent,  
nimium recesserunt à iure naturali, cæcipientes propter  
nimiam dominandi libidinem. Plausibile nanque uide-  
batur habere quosdam ita subiectos, ut nec uitæ, nec bo-  
norum, ullam haberent libertatē, adeòq; præter commu-  
nem hominum appellationem, nullo essent dignandi iu-  
ris nomine uel officio.

III. Nunquam dedignatæ sunt leges, sacros canones  
imitari: ut pietate potius, quàm humana autoritate uin-  
cantur. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da  
gloriam.c.i. De nou.oper. nuncia.c.ulti. De secund.  
nupti.

V. In matrimonijs consensus aperta solemnitate pro-  
batus, primò paliter respiciatur. Per hoc tamen non po-  
test argui: non requirendam esse coniunctionem carnis,  
ad perficiendas tandem nuptias: nempe, sine qua sobolis  
procreatio sequi non potest. Insulsa autem est disputa-  
tio

tio de matrimonio intemeratæ uirginis *MARIAE* & *IOSEPH*, quam huc trahūt ocioſi. Nam de illa natiuitate beatiffima, non dect aliquid ſecundum naturæ noſtræ regulas argutari.

VI. Idem repetendum eſt, quod iam diximus.

VII. Si nihil poteſt à liberis, quod rationi conſonet, aduerſus parentē proponi, arte honorare debent patrem & matrem. At uiſſim parentes pietatem debēt liberis: ideoque non indignas, aut quauis ratione diſſidentes nuptias imperabunt. l. Sed ea quæ patris. ff. De ſponſalib.

#### MANDATA SEV DELEGATA IURISDICTIO.

I. Alia quondam ratio fuit aulæ *Cæſaræ*, ſecundum quam conſiliarijs tantum mandabatur iuriſdictio. Qui autem hoc tēpore ſolertiâ & eruditione probati ſunt in republica: ijs quin tutò cōmittantur iudiâa, nihil obſtat. Inſtit. In proœmi. In fi.

II. Si cauſæ non admodum magni ſint momēti: parandum eſt ſumptibus nouæ commiſſionis impetrandæ. Alioqui, cum mandantis mors diſcrimen adferre poteſt cognitioni: alia eſt ratio ante coeptum iudiäum.

III. Diſcrimen itineris faciât, ut uel delegatus iudex ipſe, uel delegans habeat exeutionem dictæ ſententiæ.

IIII. Sicut periculofum eſt, omnes paſſim cauſas mandari alijs, ut nullam earum rationem ordinarius iudex



habeat: ita necessitas nonnunquam exigit, ut uiliores con-  
trouersias, quò magis grauiore ipse assiduus audiat,  
deleget bonis uiris.

V. Alia ratione mouentur leges, quæ delegato nu-  
dum duntaxat ministerium tribuunt: alia uerò canones,  
secundum quos propter ecclesiasticas causas iurisdictione  
transfertur ad delegatum in ea lite.

VI. Imperia ecclesiasticorum negotiorum nõ sic pos-  
sunt, sicut ciuilium, distingui.

VII. Cause ciuiles habent pecuniariã estimationem,  
ecclesiasticæ non item.

VIII. Sicut periculosum est, apud suspectum litigare  
iudicem: ita pessimi res exempli fuerit, si licet passim  
omnes ex quacumq; causa recusare iudices.

#### MAGISTRATVS.

I. Fax hominum non est admittenda ad honores. At  
potest contingere, præclarum aliquem uirum sine nup-  
tijijs procreari.

II. Conueniens est harmonia, ut anima immortalis,  
uerbo DEI: corpus uerò si agile, legibus gubernetur: iu-  
cta illud: Date DEO, quæ DEI sunt: & Cæsari, quæ  
sunt Cæsaris. Quod autem legitur in. c. i. De furt. Et  
Exod. 21. Ut morte moriatur: id si referas ad ciuile ma-  
gistratum, accipitur propriè: sin autem ad ecclesiasticum  
ordinem, tunc laxius interpretari oportet (moriatur) pro  
excommunicatur.

#### PATER ET FILIUS

I. Ex legitima causa melius est admittere iudicium,  
quàm

quàm iurgia inter parentes & liberos. Per hoc nul-  
lum ius impugnat regulam, quæ non admittit inter e-  
os licem.

II. Testimonia parentũ, quæ nemini nocent, ac interim  
profunt liberis, admittuntur pro liberis.

III. Diuersitas rerum aũilium & ecclesiasticarũ ex-  
igit diuersum ius.

III. Sicut nulla lex, ita multò minùs patria potestas  
potest impedire pietatem, & publicum commodum.

V. Mala est consequentia: Permittitur id parentum  
potestati, summa quadam ratione: Ergo subijatur iuris  
necessitati. l. Non quidquid. ff. De iudiã.

VI. Vouete in baptisate: quid? Obedientiam Di-  
uino uerbo, charitatem proximo. Et Reddite Domino,  
saliat per totam uitam, tale uotum: nè sitis uerè periur-  
ri. Cæterum nec canones permittunt filijs familiarũ mo-  
nasticum uotum inuitis parentibus. xxvij. q. ij. §. Cùm er-  
go. & xxij. q. ij. c. ij.

### POTESTAS PATRIA.

Non minor hodiè debet nobis auferri dignitas ec-  
clesiasticæ, quàm gentibus olim sua titulorum existima-  
tio. Tantum id curare oportet, ut rectè tractentur tam  
eximia Reipublicæ Christiane munera. Cur enim non  
eripiendus sit patri, quem CHRISTVS ad suam uo-  
cat functionem? Diuinum istud uinculum: Honora pa-  
trem & matrem: nullo unquàm modo dissoluitur.

## P R A E S C R I P T I O .

Nullò iure laudatur hominum discordia, quæ multos post annos exatari posset actionibus utamque simulatis. Quare, si inter usucapionem & prescriptionem disernas: facile conciliabis utrunque ius, uanâsque commentatorum deridebis alterationes. Siquidem ius non reuocat in dubium possessionem eius, qui longissimi temporis possessionem habet. Per hoc tamen non potest argui, quod lex approbet malam fidem possessoris longæui. c. Quoniam omne. c. Vigilanti. De præscriptio.

## P O S S E S S I O .

Qui commercium & potestatem rei habet, potest se liti offerre: non autem, qui dominus esse proprietatis non potest. Porro uolenti rem defendere, non est negandum ius.

## P R O C U R A T O R .

I. Tametsi species facti dentur, in qua ratum haberi potest id, quod aliacius nomine non est actum: manet tamen inconcussa iuris regula, quæ dicitur cõtrarium. Verum quod neque ad me pertinet, neque meo nomine est gestum, nihil prodest haberi ratum.

II. Succeedentis seculi neglectus in bonis literis, eripuit propemodum omnem loquendi proprietatem, ut cogantur sæpe pronisais uti uoabus, quum non teneant accommodatas.

III. Quinimò omnem exceptionem dilatoriam, quæ iudex animaduertit malicia quadam euitandi iudicij gratiâ opponitam debet protinus rejicere, quantumuis sit

fit prima fronte spedosa. c. Ex parte, ij. De offiā. delega.  
c. Super eo, i. De appellatio. & utrobiq; Abbas. Inno-  
centius, in. c. Post electionem, in fi. De conāssio. præben.  
Non enim, nisi ob maximam causam, eleuandus est pro-  
curatorum usus, qui ob defensionem absentium maxime  
institutus est.

## P A T R I A.

Armis quidem non sunt implicandi, quorum officium  
est, DEI tractare mysteria: patriæ tamē defensionem om-  
nes ex æquo suscipere debemus, ut qua periclitante,  
omnibus uelut in eadē nauī perniciēs imminet. Patriam  
igitur tenemur singuli ex animo amplecti, atque defen-  
dere, sed alius alio modo.

## P O E N A.

- I. Ab una pœnarum quantitate fuit incipiendum.
- II. Disāplina ciuiliſ aduersus malos omnibus modis  
est retinenda.
- III. Matrimonij contractus directō uel indirectō nō  
potest ligari. Damnorum autē & deceptionis ratio ha-  
beri potest.
- IIII. Vbi nihil interest petentis, ibi non est ulla con-  
cedenda actio.
- V. Maleficia omnibus modis secundum qualitatem  
punienda sunt, aliās corporali, aliās ecclesiasticā admo-  
nitione.

## P A T R O N V S.

Nō præsumitur clerici bonis artibus ibuti, & diuina  
tractantes, faāliter in iudicio personarū falli posse

## RESTITVTIO.

- I. Ecclesia nullius detrimento contra bonum & æquum debet restitui.
- II. Subueniendum est ijs, qui pro patria pugnantes, ab hostibus capiuntur.
- III. Vnusquisque in sua possessione longissima tucndus est: nisi manifesta sit mala fides.
- III. Paas executio, quoamque potest modo, debet proædcre.

## SPONSALIA.

Vide supra Pœna.

## SEQVESTRATIO.

Nō debet Prætor pati ad armā peruenire eos, quos potest sua iurisdictione compescare. l. Acquisitum, In prinā. ff. De usufruct.

## SENTENTIA.

- I. Causse, quæ celeritatem desiderant, ut de plano expediantur, proæssus est iudiciarius longè iustissimus.
- II. Iustam esse oportet sententiæ diffinitionem, ut litem tollat. l. i. ff. De re iudicat.

## SEPVLTVRA.

Mos in his, quæ media sunt, sine detrimento est retinendus.

## SPORTVLAE.

Iudicis manus oportet esse purissimas DEO & hominibus.

## SORS.

Omnibus planè rebus solet mundus abuti quadam  
cognata cæcitate.

## STIPVLATIO.

Vide suprâ Iuramentum.

## TESTIS.

- I. Veritas omnibus præferenda est amicis.
- II. Curandum diligenter, ne quid technarum in iudicijs struatur innocentibus.
- III. Probandi modus artis regulis in speciem factorû præscribi non potest.
- III. Nulli est præcludenda probandæ ueritatis uia.
- V. Improborum mentiendi faalitas semper debet esse suspecta.
- VI. Vide suprâ num. I.

## TESTAMENTVM.

- I. Quoad fieri potest, ultima uoluntas testatoris est seruanda.
- II. Testamentorum solemnitas non aliò tendit, quàm ut occurratur fraudibus.
- III. Arbitrio boni uiri quælibet ultima uoluntas interpretanda, & executioni mandanda est.

## VSVR AE.

Sicut fœnus illicitum contra bonos mores, est euitandum: ita mutuis utendæ pecuniæ lucris, secundum usum tolerabilem, alter alterum iuuare non prohibetur.

Vsuæ

## VSVCAPIO.

- I. Vide *suprà* *præscriptio*.
- II. *Omnia usucapiendi themata oportet exigere ad normam æquitatis.*
- III. *Susâtandæ litis occasionem, quoad possunt Legislatores anteuertunt.*
- IIII. *Quod naturâ certum est, nos plerunque latet. Cùm leges dicunt, testatorem aliquid scivisse: per hoc nõ inferunt pariter, heredem esse male fidei. Potest enim ipse scilicet ignorare testatoris consæntiam.*

## VNIVERSITAS.

- I. Vide *suprà* *Procurator* II.
- II. *Sic est iurandum, ne religio Christiana uideatur ludus.*

Inter\*

# Interpretatio L.

DIFFAMARIC. DE  
INGENV. MANV.



*N*lla unquam lex est scripta, quæ plures habeat in natura causas, quæq; his corruptis temporibus, hoc est, præperam educatis hominibus huius sæculi, alioquin felicißimi, magis conveniat, quàm ista. Omnibus enim modis respondet decalogo, in quo sunt axiomata Diuini iuris: Non occides: Non sis testis iniquus: Non furaberis. Quæ omnia facit diffamator, sicut inferius apparebit. Tum adeo frequens est diffamandi maleficio, ut merito poena illius ex bono & æquo sit aggrauanda. l. Aut facta, in si. ff. De poe.

Operæ precium itaque facturum me existimaui, quandoquidem collationem iuris tracto, si locum hunc per rationes boni & æqui studiosis exhibeam: quia non mediocrem iustæ educationis partem continet, si in alacritate iuuentuti, quàm turpis sit omnibus quidem, præsertim autem Christianis, iniuria diffamandi proximi.

Impp.



IMPP. DIOCLET. ET MAXIMIA  
AN. AA. ET CC. CRES-  
CENTI.

**D**iffamari statum ingenuorum, seu erro-  
re, seu malignitate quorundam, perini-  
quum est: præsertim, quum adfirmes, diu præfidē  
vnum atque alterum interpellatum à te: vocitasse  
diuersam partem, vt contradictionem faceret, si  
defensionibus suis confideret. Vndè constat, me-  
ritò rectorem prouinciæ commotum allegationi-  
bus tuis, sententiam dedisse, ne de cætero inquit-  
tudinem sustineres. Si igitur adhuc diuersa pars  
perseuerat in eadem obstinatione: aditus præses  
prouinciæ, ab iniuria temperari præcipiet.

*Quò magis uim & potestatem huius legis intela-  
ligat tyro iuris, ponenda est ob oculos facti species, hoc  
modo.*

*Titius homo leuioris farine falso sepe (ut David di-  
cît) gloriatus est in malicia, Crescentem esse seruum su-  
um: ut eò magis conditionē illi fortè oblatam impedi-  
ret. Crescens intellecta hac diffamatione, nec cõsensus si-  
bi ullius in personam suam alieni iuris: uocauit Titium  
in ius, dictaturus illi iniuriarum & lese fame formu-  
lam: audiendo tamen, si quo iure seruitutis uindicandæ  
posset contradiare actioni. Titius malâ territus consen-  
sentiã, non uenit. Quare cùm iterum uocatus iudiciũ*

contempſiſſet, magiſtratus tandem ſententiam dixit: de cætero Titium ea de re in iure nõ eſſe audiendum aduerſus Creſcentem. Cæterum Titius ſathane furijs agi-  
tatus, nè ſic quidem deſijt ſuggillare nomen Creſcentis: ideòque aduerſus hanc impudentiam progrediendum eſt omnibus modis. Nam inuocatus iudex cõpetens, le-  
gitimis remedijs, pro qualitate delicti, diffamatores metu pœne ab iniuria reuocabit.

Videamus nunc uerba & mentem huius loã ali-  
quantò latiùs.

**Diffamari.** In bonam aliquando partem acci-  
pitur. Auguſtinus de ciuitate DEI. lib. ij. Romanũ im-  
perium tam longè latèque non potuiſſet augeri, & tã  
grandi gloria diffamari. In malam uerò partè frequen-  
tiùs reperitur uſurpatum, pro eo ſerè, quod eſt infã-  
mare, ſiue id iure, ſiue iniuriã fiat. Iure, cum diamus,  
actionem & ſententiam infãmare. Iniuriã, cum ſalera-  
tus aliquis dilacerat famam proximi, ductus ad hoc pra-  
no quodam adſectũ, ſicut hic. Nã diffamare, eſt per di-  
uerſas partes famam diuulgare, uicacrũ factũ à comme-  
moratione. Hieronymus: Si Origenem (inquit) nõquã  
ſecutus ſum, fruſtrã infãmare me cupitis.

**Statum ingenuorum.** Sic enim euénit tunc tẽ-  
poris, cũ iſta lex ſcriberetur, q. Titius diffamaſſet Cre-  
ſcentẽ de ſtatu & cõditione personali: adſerẽdo illum  
ſeruũ, quã ab omnibus reputaretur liber & ingenuus.  
Sẽper enim huiusmodi fax hominũ, et aliene famæ ſug-  
gillatores contẽnunt alios, ac philantiã quadã iſant.

Quid

Quid enim profuturum id erat uanissimo diffamatori, etiam si dicamus Crescentem seruum fuisse, quod absentis statum suggillaret? Per hoc enim uindicare extraneus non poterat. Itaque nihil delinquitur minus hodie, cum in grauioribus rebus emulatione quadam malatur nomen proximi. Nam, quum inter nos cognationem quandam natura constituerit: consequens est, hominem homini insidiari nefas esse, dicit Florentinus in. l. Ut uim. ff. De iustia. & iure.

Seu errore, seu malignitate quorundam.

Sed distant ne longo interuallo error & malitia? Error enim non habet consensum. Si per errorem. ff. De iurisdictione. l. ij. ff. De iudicio. Et ignorantia solet excusare delictum. l. In omni parte. ff. De iur. & fact. ignoran. l. Quæcunque. C. De seru. fugiti. Respondeo. Quamquam Titius in illo potuerit errare, quod existimauerit, Crescentem esse seruum suum: certo tamen certius, uel dictante illi consensu, sciuit non oportere nomen eius tradere ante, quam cum admonitum iure conuisset: turpissimumque auferri, absentis rodere famam. Unde leges quoque nolunt sine contumacia absentem ullo grauari iudicio. l. Absentem. ff. De penis. Quapropter Imperatores hic rectissime coniungunt errorem & dolum malum.

Periniquum est. Superat iniquitatem, qua presentes solent a delinquentibus grauari. Nam qui ad sunt, hi possunt plerumque aduersus imminentem malitiam se defendere. Absens uero leditur, perdit famam  
nesciens,

nesciens, sine ulla defensione: non aliter, quam si ligatus occideretur sine causa. Quid autem crudelius? Itaque delinquit diffamator iniustus, occidit hominē, furatur nomen, improbo ledit testimonio.

Præsertim. Semper quidem iniquum est ledi famam absentis indefensi: sed ex circumstantiis tamē potest multo censeri turpius, ut sequitur.

Quum ad firmes. Et actis publicis fidem faciās.

Diu præsidem vnum atque alterum. Præsidis appellatio generalis est, eo quod comprehendat omnes, qui prouincias regunt. l. i. ff. De offi. Præsid. Vnde paulo inferius uocat rectorem prouinciæ. Per unum autem atque alterum Præsidem, Accursius intelligi putat successorem. Sed cum multis sæpe annis præessent prouincijs, non est uerisimile, tam diu fuisse suspensam hæc diffamationis cognitionem. Quam ob rem haud dubiè Crescens quoque in loco iniuriatorum diffamando delinquentem apprehendit, sine mora (& quidem iure) inuocauit officium iudicis, iuxta l. ij. Dict. tit. Habet (inquit Paulus) interdum imperium & aduersus extraneos homines: si quid in alium manus commiserint. Quasi dicat: Delinquens ubique in foro est competente.

Hodiè iudices seu magistratus ordinarios, uno uerbo rectè dixeris Præsides. Nam ad significandum quoque quemlibet rectorem porrigitur, qui aliam præest ordinem.

Interpellatum à te. Hoc loco interpellare ponitur pro postulare iusticiam, & inuocare officium iudicis. Aliàs significat rogare quadam instantia. Valerius lib. iij. Cato rogatus, ut socios apud auunculum iuuaret, constanti uultu, non facturum se respondit. Iterum deinde ac sepiùs interpellatus, in proposito perstitit. Aliàs interpellare, est loquentem, uel aliquid agentem interrumpere. Vnde interpellatores dicti sunt.

Vocitasse diuersam partem, ut contradictionem faceret. Duæ difficultates hinc negotiũ facere possunt tyroni iuris.

I. Quum paulò inferiùs dicatur, rectorem provincie dixisse pro Cresante sententiam absolutoriam: constat Titium diffamatorem fuisse uocatum ad intendendam, si quam haberet, actionem. Itaque hoc loco impertinens uidetur mentio contradictionis & defensionis, quæ ad rem conuentum pertinet. Certè multis hoc imposuit. Itaque respondeo: Ad id respexisse Imperatores, quod principaliter agitur. Crescens enim diffamatus tametsi rectè absolutus sit: prior tamen & principaliter ad iudicium, exigente tuendi nominis necessitate, iudicauit: ideòque meritò (quatenus istam respiciat persecutionem) actor censetur. Caius in. l. In tribus. ff. De iudic. Sed magis (inquit) placuit, eum uideri actorem, qui ad iudicium prouocasset. Habet enim diffamatus, uel officium iudicis, quod inuocare potest, uel conditionem ex hac lege.

Proinde, ut ueram quoque praxim intelligas, iudex  
audit

audita lase fime querela, uocabit ad se diffamatorem, puta, Titium: ut Cresanti, propter diffamationem iudicium dictaturo, respondeat: audiendum quoque, si ius ullum intendere uoluerit aduersus Cresantem, quo adfertionem suam confidat defendere. Tum si non ueniat Titius, neque legitimis causis excusetur: iterum citabit eum magistratus nominatim prescripto tempore: intra quod nisi aduersus diffamatum iure experiatur, nunquam de cetero sit audiendus. Et haec est uera praxis, quam et Doctores sentire communiter uidentur, teste Iafone, in. l. ij. C. De edend.

Tu adde praxim longè utilio rem: ut formula quaedam interdicti (sicut nunc utimur) summatim exposita diffamatione, iudex prohibeat talem omnibus modis improbandam suggillandi nominis iniuriam: addita clausula uulgari iustificatoria: Quod si confidat sibi competere aduersus diffamatum aliquid iuris, ut tali die ueniat, expositurus in iudicio persecutionem sibi competentem: Alioqui, ad uidendum postulatorem eo nomine prorsus absolui. Nam, si propter cloacam ( ut sic dixerim) aut ædificiolum aliquod nemo dubitet interdictum competere: cur non de grauissima nominis causa, quæ periculum adfert longè maximum, dicamus utile futurum.

II. Sed, dices, eritne secundum prædicta nimis durum: urgeri quempiam ad agendum, ni uoluerit ius suum amittere? Est enim iustissima iuris regula. C. vt

nemo inuitus agere uel accusare cogatur. Respondeo: Non cogitur ad agendum simpliciter: sed ut honestè uiuat, & neminem lædat, hoc est, ut uel iudicò utatur, uel absteineat à diffamatione. Nemo autem inuitus cõpellitur id persequi, quod ad se pertinet, neminemq; lædit, imò quod non petatum, prodest alij. Id enim condonare proximo, præsertim egenti, laudandum charitatis offiãum est, quale prædicta regula confirmat. Cæterum nec uelle persequi iure, nec ab iniurijs desistere: lex improbi cõset hominis. Ideò, quàmuis neminem cogat ad agendum: omnes tamen uel inuitos retrahit à delinquendo. Et hic est uerus dictæ regule sensus.

Inferius uidebis multa id genus exempla.

Vndè constat. Optima enim iuris consequentia est: Magistratus semel atque iterum uocauit ad se diffamatorem, exhibens illi offiãum administrandæ iustitiæ, quod ille contempsit: ergo debuit absolui is, qui passus est diffamationem. Ratio consequentiæ: quia talis cõtumax amisit causam. Contumacia (inquit Hermogenianus) eorum, qui ius dicenti non obtemperãt, litis damno coëratur. ff. De re iudicat. Sic propter repetitã aduersus seruos accusationem, domini priuantur suo iure. l. i. in fi. C. De adsertio. tollend.

In eadem obstinatione. Nihil pestilentius est obstinato ad malum ingenio: quippe quòd sola obstinatio produat heresim, & quidquid est malorum. Et ferè omnium æmulatorum una est sordes, ut cum semel insanire cõperiant, non resipiscant, nisi DEVS aut Magistratus

stratus eos perdat.

Ab iniuria temperari præcipiet. Quid autem, si præcepto Præsidis non obtemperet? Certè legitimis compellendus est remedijs, de quibus alibi diximus.

Est ergo summa huius legis sententia hæc. Diuino & humano iure nefas est, hominem sine cognitione diffamari. Sed Titius diffamauit Crescentem absq; iudicio. Igitur Titius rectè à diffamatione coercetur, ut aut agat, aut taceat. Ecce, tali epilogo potest amplissima iuris materia in angustū contrahi. Quo genere docendi cum sæpe exercetur iuuentus, tum inapit gustare diuinae disciplinae vim & potestatem, quæ paulatim ad uerū forum, & Reipublicæ utilitatem potest perduci.

Videamus nunc exempla, quæ tractat hic Acursius. Potest enim magistratus ex legitima causa præscribere aliam tempus, intra quod nisi agat, non sit deinde audiendus: quia licet nonnunquam iurisdictionē inuocanti denegare.

I. Si primus creditor uenditurus rē sibi obligatam, impetret à iudice programma, hoc est, solemnem proscriptionem, qualē diffinit Ulpianus in. l. Sed & si pupillus. §. Proscribere. ff. De instit. actio. Hæc species probatur. C. De remissio. pigno. Si eo tēpore (inquiūt Diocletianus & Maximianus) quo prædium distrabebatur, programme admoniti creditores, cum præsentessent, ius suum executi non sunt: possunt uideri pigoris obligationem amisisse.



II. Si tutor uel curator, cuius rationem administrandorum bonorum adultus uel maiorennis audire noluerit, uocato eo in ius, deponat pecuniã reliquam apud iudicem, ne obligetur ad usuras. l. si. C. De usur. pupilla. Pupillus (aiunt ijdem Imperatores) agere uobiscum actione tutelæ compelli non potest. Verum aduersus futuram calumniam, ut si quid ei debetis, eius cursus inhibeatur usurarum, denunciationibus frequenter interpositis, ad iudicium eum prouocate: ac si rem dissimulatione proferat, actis apud Præsidentem prouindæ factis, uoluntatis uestre rationem declarate. Quo facto tam uobis ipsis, quam securitati filiorum uestrorum consulatis. Quod & in curatoribus locum habet.

III. Si curator detur, etiam non creditor, inuitus. l. ij. §. Queritur. ff. De curato. bon. dand. Voluntarius itaque (inquit Vlpianus) querendus est: nisi & magna necessitate, & Imperatoris arbitrio hoc præcedat, ut & inuitus crearetur.

III. Si quis iudici non obtemperauerit in causa alterius: is potest in sua quoque non audiri. Vlpianus in. l. Sed & si per prætorem. ff. Ex quib. caus. maior. Sed & si (ait) dum decreto Prætoris non obtemperat, iurisdictione ei denegauit: nõ esse eum restitutum, Labeo scribit. Idemque, si ex alia iusta causa nõ fuerit ab eo auditus.

V. Manã priorum electo legata est, ne ueditio, quandoque non eligente legatario, interpelletur. De ænere debet Prætor: nisi intra tempus ab ipso præfinitum elapsisset, actionem legatorum ei non competere, ait Pomponius.

nus. ff. De optio. legat. Paulus ibid. Si tibi (ait) electio ferui, & mihi reliqui legati sint: de cernendū est à Præ-  
tore, nisi intra certum tēpus optaueris, petitionē tibi nō  
datum iri. Idem paulō inferiūs. Pomponius scribit: em-  
ptore hæreditatis postulante, ut is, cui ferui optio legata  
sit, optet: uidendū esse, an Prætor, ut id faciāt, cogere de-  
beat legatarium, quēadmodū si hæres institutus id po-  
stularer: quia possit per hæredem id empto consequi. Et  
quare non possit, non uideo.

VI. Exausanti moram, ob publicas functiones, non  
instituta accusationis de adulterio, Imperatores Diocle-  
tanus & Maximianus sic rescripserunt: Post depositā  
soliatūdinem, qua detineris, integrā accusandi potesta-  
tem habebis. Ad quam, cū uacaueris, properare debe-  
bis, ne effrenatam licentiam ad terrēdam aduersariam  
future accusationis speciem præuendas. l. Ob commissa.  
C. Ad leg. Iuli. de adulteri.

VII. Si seruus sub conditione hæres sit, aut dubi-  
um sit, an is hæres liberq; futurus sit: non est iniquum,  
postulantibus creditoribus ita de cerni: ut si ante certū  
tempus is hæres non extiterit, perindē omnia obseruē-  
tur, ac si is hæres ita institutus esset, autore Paulo l. l. iiii.  
ff. De reb. iudic. auto. possiden.

VIII. Si cui controuersia fiet, an inter liberos sit, et  
impubes sit: caussa cognita p̄indē possessio datur, ac si  
nulla de ea re controuersia esset: & iudicium in tempus  
pubertatis, caussa cognita, differtur: aliās, ut statim  
exeruant, compellendi sunt tutores, autore Vlpia

no in.l.i.Et.in.l.ij.ff.De Carbonia.edict. Dux autem (inquit) sunt causæ cognitiones. Vna dandæ Carbonianæ possessionis: quæ habet commodum illud, ut perinde, atq; si nullam controuersiam pateretur impubes, possessionem accipiat. Alia est causæ cognitio illa: utrum debeat differri in tempus pubertatis cognitio, an representari. Hoc enim diligentissime Prætori examinandum est: an expediat pupillo representari cognitionem, an potius differri in tempus pubertatis: & maxime inquirere hoc à cognatis, matre, tutoribusq; pupilli debet. Finge esse testes quosdam, qui dilata controuersia, aut mutabunt consilium, aut decedent, aut propter temporis interuallum non eandem fidem habebunt. Vel, finge esse anum obstetricem, uel anallam, quæ ueritatem pro partu possunt insinuare: uel instrumenta satis idonea ad uictoriam, uel quedam alia argumenta: ut maius damnum patiatur pupillus, quod differtur cognitio, quam compedium, quod non representatur. Finge pupillum satisfacere non posse: & admissos in possessionem, qui de hereditate controuersiam faciunt, multa posse subtrahere, nouare, moliri. Aut stulti, aut iniqui Prætoris erit, rem in tempus pubertatis differre, cum summo eius incommodo, cui consultum uelit. Diuus enim Hadrianus ita rescripsit: Quod in tempus pubertatis res differri solet, pupillorum causa fit, ne de statu periclitetur ante, quam se tueri possint. Cæterum si idoneos habeant, à quibus defendantur, & tam expeditam causam, ut ipsorum intersit de eo mature iudicari, & tutores eorum iudicio experiri uolunt;

uolunt: non debet aduersus pupillos obseruari, quod pro ipsis excogitatum est: & pendere status eorum, quum iam possit indubitatus esse. Hæc ille. Cuius uerba non potuimus non recensere: quoniam insigne habent exemplum exigendæ ad æquitatem causæ per circumstantias. Et cur non scriberemus tam breuè grauis Iuriscos. sententiam, quandoquidem alij leuissimas referunt commentariorum alterationes sine exitu? Planè interest studiosorum, ut in omnibus libris obuias habeant legum sententias.

IX. Generaliter omnibus magistratibus, secundum ius potestatis suæ, concessum est iurisdictionem suam bonis largiri, malis negare, & cum opus est, defendere pœnali iudicio. l. i. ff. Si quis ius dicant. non obtempe.

# De Executori-

## BVS VLTIMARVM VO-

### LUNTATVM, QVIVD LEGES,

### QVIVD ITEM PONTIFICII

### CANONES SENTIANT.



*Executorum usus in ultimis uoluntati-*  
*bus hodiè nusquàm non frequentissimus*  
*est: olim haud dubiè rarior sub ea for-*  
*ma, qua nunc utimur. Indè uidemus fa-*  
*ctum, quòd de tali executione nullus ex-*  
*tet titulus in Pandectis, aut etiam in iure pontificio:*  
*sed apud Iurisperitos primùm: deindè apud Romanos*  
*pontificis uno aut altero loco est facta mentio. Quare*  
*posterioris seculi commentatores, occasione nacti pla-*  
*nè liberam: ceperunt uarijs modis de executoribus di-*  
*sputare, & (ut solent) extra forum diuersa scribere.*

*Itaque in hac collatione certa quædam, & moribus*  
*nostris deseruientia iuris utriusque præcepta, de hac*  
*frequētissima functione, scribam: sed meo more, simpli-*  
*ter iuris & æquitatis rationem secutus: ueritatè præ-*  
*feram omnibus commentatorum (non loquor de grauiss-*  
*simis nostri seculi præceptoribus) ineptissimis opinio-*  
*nibus. Quis leget hæc? Plur aliquis alter leget. Nam o-*  
*lim cum Antimachus clarissimus poëta, scriptũ quod-*  
*dam*

dam suum aduersus criticorum errores, conuocatis auditoribus suis legeret: omnesque legentem eum, præter Platonem, reliquissent: Legam (inquit) nihilominus. Plato enim unus mihi instar est omnium.

Eadem ratione quid ad me, quis legat, modò scribã ego id, quod uerum est, quòdque incumbit meæ professioni? M'alo artè rectum unius boni uiri iudicium, quam laudem mille aliorum, qui neque oculos habent uidendi, neque aures audiendi. Iudex erit quandoque CHRISTVS ipse, qui omnes nos ad iustissimum sistet tribunal.

## DE VARIÀ EXECUTORVM APPELLATIONE.

### TIT. I.



**E**Xequi, aliàs significat declarare, exprimere. Cicero Varroni: Oculiora habeo, quæ uix uerbis exequi possum. Aliàs ulàsã. Inst. De his qui sunt sui uel alie. iur. In fi. Quòd si meæ Constitutio-  
ni (inquit Imperator) fraudem fecerit, sciat me admissum seuerius executurum. Aliàs accipitur pro agere iudicati formula in factum, uel offião iudicis. l. Intra. c. l. fi. ff. De re iudicat. Vnde Zasius executionem

cutionem rectè accipit pro actione iudicati, quam tertius possit impedire pro suo interesse: idq; mirabile reputat. Aliàs denique exequi denotat perficere, ad finem perduere. Hinc dicti sunt executores publici iudicium ministri, quorum officium est, ut mandata & sententias ad effectum perducant. l. Executorem. C. De executio. rei iudicat. Vbi Accursius tractat quasdam huius uerbi significationes, admodum frigidè.

Eadem ratione executores ultimarum uoluntatum dicuntur: quoniam iussa testatoris ad amissim exequuntur. Quemadmodum enim magistratum non deet, ac ne quidem posse constat, adire priuatim subditos, & arare, ut satisfiat suis decretis: ita multò minùs potest defunctus testator huc redire, admoniturus (quidquid phantasia somnient) ut conseruetur ac procedat uoluntas sua. Vterq; igitur summiopere indiget executoribus, quibus rem committat perficiendam bona fide.

Interim executores ultimarum uoluntatum sepe appellantur fideicommissarij apud Bartolũ, treuhender. Item, distributores, dispensatores, apud Speculatorem. Quæ omnia tendunt eodem. Modò tamen memineris, longam esse differentiam inter fideicommissarios, de quibus tractatur in Tit. ff. Et. C. De fideicommiss. ac illos, quorum munus nunc frequentatur in nostra Germania.

Ufus autè introduxit, ut cõpendio quodam loquendi dicamus istos executores ultimarum uoluntatum, uno uerbo Testamentarios. Quæ phrasim perperam recepta est. Quamuis enim & leges xij. tabularum dicebantur o-

lim Duodecim, ut quæ omnibus notissima essent. Cicero de orato. lib. ij. Disabamus enim (inquit) pueri duodecim, ut carmen necessarium, quas iam nemo disat. Et in nouo quoq; CHRISTI testamento: Duodecim, dicuntur Apostoli, qui tot erant: longè tamen alia illius appellationis est ratio. Testamentarij autem uox quia ambigua est, cum adiuncto poni debet: ut appareat, utrum substantiuè intelligenda sit pro eo, qui falsa consiat testamenta: an adiectiuè, pro persona uel re ad testamentum pertinente, ut testamentarius, hoc est, falsarius. Et testamentarius scriba, testamentariæ tabellæ, testamentaria lex, hoc est, Cornelia, quæ punit testamentarium: sicut eleganter admonuit Dn. Spiegelius in suo Lexico, autoritate Cicronis Offia. lib. iij. Et. l. Diuus. §. Si quis duobus. l. Impuberem. §. Si testamentarius. ff. Ad leg. Corne. de fals. Adde. l. i. In primâ. ff. Si quis aliq. testam. prohibue.

DE LEGITIMIS EXECUTORI-  
BUS VLTIMARVM VO-  
LVNTATVM.

TIT. II.



Distinguunt Doctores multas executoriæ species, subtiliter magis quam cum utilitate fori. Dicunt enim alios esse legitimos, alios datiuos. Rursus consütuunt differentiam inter datiuos, et testamentarios,



tarios, rixantes de nominibus, & negligentes rem ipsam.

Breuiter summa executorum ultimæ voluntatis diuisio, in duo genera deducatur. Quidam enim sunt legitimi: quidam uerò testamentarij. Legitimi sunt, quibus à lege tribuitur potestas ultimæ voluntatis defendendæ, quò minus interuertatur, aut procrastinetur. Hos rectè dixeris publicos conseruatores ultimarum uoluntatum. Quales sunt omnes boni magistratus: præsertim in causis pijs Episcopi.

Rectè autem nuncupantur legitimi executores & publici: quia nõ hominis, sed iuris imperio suscipiunt defensionem testamentariam: non priuatim, sed publico iure in defectum aliorum. Porro, quicquid ex lege certam habet formam, dicitur legitimum, ad instar tutelæ. Insti. De legiti. agna. tutel. &, De legiti. patrono. tutel. In prima.

Multum autem interest Reipublicæ, adeoq; omnium gentium, conseruari ultimas uoluntates. Ideò Legiflatores non fuerunt contenti, admonuisse magistratus generaliter: ut omnibus hominum erroribus corrigendis intendere: sed & in speâem uoluerunt illis necessitatem imponere, ut ultimas uoluntates honestas, conseruent ac defendant.

Et profectò nihil magis hominibus debetur, quàm ut supremæ uoluntatis, post quã iam aliud uelle non possunt, liber sit filius, & licitum, quod iterum non redit arbitrium, ut rescripsit Constantinus Imperator ad populum

pulum in. l. i. C. De sacros. Ecclesi. Item Iustinianus, Novell. De nupti. Atque hoc (inquit) primum huic præsumtum sit legi. Secundum uerò illud: ut omnia, quæ ab hodierno die testator disponat (siue uir existat, siue mulier) ea firmitatem habeant. Sanciat enim quisque in rebus suis, ut dignum est, & pro lege uoluntas eius esto: quemadmodum nobis lex, etiam omnium uetustissima, & quæ prima Romanis constituit rempublicam, nempe xij. tabularum, uetere & patria lingua his pene utens uerbis, inquit:

VTI LEGASSIT. Q. VISQ. VE  
DE RE SUA, ITA IUS ESTO:

nemini facta potestate, ut in rebus alienis aliquid præter illius uoluntatem disponat, neque si sacram impetret formam, aut quidquam omnium. Audis hæc uerba? Non debere admitti Cæsaris rescriptum, uel si quid maius esse queat illius autoritate, ad immutandam uoluntatem defuncti.

Hinc sole clarius apparet, quòd Episcopus etiam in causis pijs, non est immediatus executor, cum alij sunt heredes uel executores à testatore designati: sed defertum duntaxat supplet in gratiam testatoris: uidelicet, si aut non sint scripti, per quos testator uoluerit executionem fieri: aut fuerint negligentes, uel perfidi. Et mediusfidius, qui aliter tractant istam publicam Episcoporum potestatem: hi palpitando detrahunt eorum dignitati, & iuris canonici mentem calumniantur.

Audi exemplum. Regula iuris est: deputandos esse  
bonos

bonos viros, qui rerum publicarum administrationē, et  
 ram, defensionem suscipiant, ut sunt magistratus. Id ne  
 bonum est & æquum? Vtique admittes. Iam si adferas  
 tales administratores habere potestatem in res cuiusli-  
 bet priuati aui: sicut ille sibi persuaderi passus est, tã-  
 tum licere, quantum liberet: nonne tum ex magistratibus  
 faciēs tyrannos, & perniciem publicam?

Quare imperator Leo: Et si quidem (inquit) tes-  
 tator significauerit, per quem desiderat redemptionem  
 fieri captiuorum: is, qui specialiter designatus est, lega-  
 ti uel fideicommissi habeat exigendi licentiam: & pro  
 conscientia sua, uotum adimpleat testatoris. A cædit. l.  
 Nulli. C. De Episc. & cleric. Officiũ uerò Episcopi est,  
 monere, adhortari, urgere deputatos executores, ut uo-  
 luntatem testatoris adimpleant, aut legitime renuntent.  
 Nouell. De Ecclesiis. tit. §. Si quis autē pro redēptione.  
 Et §. Si autem qui hoc facere.

His legibus subscribunt Pontificij canones. c. Tua no-  
 bis. De testament. Quum igitur (inquit Gregorius) in om-  
 nibus pijs uoluntatibus sit p̄ locorum Episcopos pro-  
 uidendum, ut secundum defuncti uoluntatem uniuersa  
 procedant: licet etiam à testatoribus id cōtingeret in-  
 terdiā mandamus, quatenus executores testamentorū  
 huiusmodi, ut bona ipsa fideliter & plenariē in usus  
 prædictos expendant, monitione præmissa compellas.  
 Quod conuenit propemodum cum. l. Si pupillorum. §. Si  
 Prætor. ff. De reb. eor. qui sub tute. Et i. c. Ioannes. Dict.  
 tit. Post mandatum inquit susceptum: per dyoaxanum co

gi debet, testatoris explere ultimam uoluntatem.

Nóme his uerbis aperte ostenditur, quomodo exercendum sit officium Episcopale, ad conseruandas ac defendendas ultimas uoluntates? An non satis probatum uidebitur: ultimas testatorum uoluntates (nisi honestati repugnent) ad unguem seruandas esse? c. Cum Marthe. §. Ceterum. De celebra. missa. Et xliij. q. ij. c. Ultima uoluntas.

Predicta autem adeò sunt uera: ut donec unus supersit testamentarius executor, non possit Episcopus se introumittere. Quid igitur faciendum? Bonifacius breuiter explicat, in. c. ulti. De testamen. lib. vi. Sanè (inquiens) pluribus à testatore simpliciter executoribus deputatis: uno eorum mortuo, uel in remotis agente, aut id exequi sorte nolente: nè uoluntatem testatoris impediri, uel nimium differri contingat: poterit alius (nisi testator aliud expresserit) officium executionis iniunctæ, liberè adimplere. Cur hìc non constituit Romanus Pontifex: alios esse substituendos, uel adiungendos auctoritate Episcopi? Credidit arte iniustum esse, ut ulla potestas ingerat sese testationibus ultimis, ubi est executor. Multò itaque iniustius esset, si adiungerentur alij executores: cum testator scripsisset aliquos coniunctim, & diuisim. Videtur enim singulorum industriam esse legisse, quòd unus uiueret. l. Actione. §. Morte. ff. Pro soc. l. Mandatum, In si. ff. Mandat. c. ulti. De offic. de legat.

Insinuatio quoq; non aliò pertinet, quàm ut que se

G me!

Vide Bar. in l.  
a filio se red. ff.  
de alim. et rib.  
leg. et rap. me.  
et quod filii ff. de  
ob. oblig.

mel peruenerint ad notitiam publicam, non possint deinde ullo modo interuerti. l. Repetita. C. De Episc. & cleric. Et. l. Cōsulta. C. De testa. Quod ius sumptū est ex Tit. ff. Quemadmod. testa. aperian. l. Consulta. C. De testament. Non possunt enim faāliter interuerti ea, quæ apud magistratum publicata sunt, & ab omnibus cognoscuntur.

Denique, ut extrema tuendarum uoluntatum præsidia proponerentur: permissa est omnibus hominibus accusatio, si quid uideant aduersus testamenti ordinationem, præsertim in pijs causis, attentari. l. Nulli, In fi. C. De Episc. & cleric. Et ne pium (ait) defunctorum propositum improba fraudatorum calliditate celaretur: quicquid pro huiusmodi causa à testatore relictum fuerit, uniuersi, qui id quoacunque modo cognouerint: uel in uiri clarissimi Rectoris prouincæ, uel in urbis Episcopi notitiam deferendi, liberam habeant facultatē. Nec delatoris nomen suspicionemq; formident: quum si des atq; industria eorum, tam laude, q̄ honestate non careat, ac pariter pietate: cum ueritatem in publicas aures, in lucemq; deduxerint.

Sed ponamus: neminem unquam tales leges scripsisse, de conseruanda ultima uoluntate: ætē natura & DEVS insculpsit eas cordibus hominum. Quare & Apostolus argumentatur ab humano testamento, quod ratum esse oportet: ad testamentum CHRISTI seruatoris nosse. Quæ igitur maior possit esse crudelitas, quam extremam uoluntatem interuercere?

Sed

Sed quid, si iudex ecclesiasticus constituat execo-  
res, uel adiugat alios quàm testator ipse scripserit? Re-  
spondeo: iustis maiorum præceptis reuerenter obtempe-  
randum est: sed talia mandata, si deærnerentur, essent  
ipso iure nulla: non, quia licet contemnere: uerùm ideò,  
quoniã iure permittitur illis casibus non obsequi. l. ult.  
C. Si cont. ius uel utilita. public. Debent tamen causse ra-  
tionabiles allegari, ut sit excusatus is, qui non paruit. c.  
Si quando aliqua. De rescript. Quia patienter ( inquit  
Alexander) sustinebimus, si non fearis, quod praua no-  
bis fuerit insinuatione suggestum. c. Ab excommunicato.  
Eod. tit. Tractatur satis grauius autoritate consilij, in  
c. Sacro approbante. c. Venerabili. De sententi. exa-  
communicata. c. Solet. c. Venerabilibus. §. Sed si ex causa.  
Eod. tit. lib. vi. In quibus loas probatur: excommu-  
nicationem etiam dubiam: multò magis, si palam sit in-  
iqua, remittendam esse per superiorem.

DE TESTAMENTARIIS EXECUTORIBVS.

TIT. III.



Testamentarij executores sunt, quos te-  
statores ipsi deputarunt, ad exequendã  
uoluntatis suæ postremã ordinationẽ.  
Et hi rursus dupliãs sunt differentie.

Gij

Quidam

Quidam sunt uniuersales, alij uerò particulares, ut utar uerbis uulgò notis.

Vniuersales executores sunt: quando testator nullos scripsit hæredes in speciem, sed pauperes CHRISTI instituit hæredes generaliter: uel aliquem locum pium: uel, si uniuersa bona sua iussit per tales testamentarios distribui pauperibus, non instituendo hæredes.

Quibus casibus singulari iure propter pietatem, ualeat testamentum. Et huiusmodi executores habent nomen hæredis, & censentur omnibus modis hæredes. l. Id quod pauperibus. & l. Si quis ad declinandam. C. De Episc. & cleric.

Particulares uerò executores sunt, qui simul cum alijs hæredibus in testamento scribuntur. Frequenter enim fieri solet, ut testatores, institutis hæredibus, deputent nihilominus aliquos ad executionem rerum suarum, quas in uarias causas relinquunt: fortè dubitantes de fide hæredis, ut in. l. Alio hærede. ff. De alimen. & aba. lega. Alio hærede (ait Iabolenus) instituto, ita script. A te peto Cai Sei, quidquid ex hereditate mea redegeris, illis meis alumnis des, singulis denos aureos, eandemque summam penes te esse uolo, cuius ex incremento eos alere te uolo: reliquum restitues Numerio coliberto nostro. Respondi: Quàmuis distrabere Caius Seius, alio scripto hærede, non possit: tamen cum, alumnis relictam pecuniam ut seruet, ac restituat intra Faldiam, rectè petiturum: quando de superfluo probari non potest.

Aliquan,

Aliquando etiam necessitas exequendi legati, pluribus heredibus institutis, id potest exigere: adeo, ut iudex quoque det in eum casum executores: qui tamen heredum nomine constituitur, in. l. iij. ff. De aliment. uel abari. legatis. Solent iudices (inquit Ulpianus) ex causa alimentorum libertos diuidere, quoties plures sunt heredes: ne à singulis heredibus minutatim alimenta petentes distringantur. Quam diuisionem perinde tueri oportet, atque si paterfamilias ipse libertos diuisisset. Solent & unum eligere, per quem alimenta præstentur, aut ex uoluntate defuncti, aut ex arbitrio suo: ut rescripta subiecta ostendunt. Exemplum libelli dati mihi à libertis Fasalij, nisi uobis, sciens ad exemplum istam rem pertinere: quia multi testamentis suis libertis præstare iubent necessaria: quæ quia minimi æris sunt, ad nihilum perducuntur, cum plures heredes ceperunt per successionem existere. Qua de causa puto uos recte facturos, si conuocatis Fasalij heredibus, procuratoribusue eorum, constitueritis, cui à cæteris dari debet pecunia, ex cuius usuris alimenta præstentur. Debet autem is, qui accipiet, cauere eis, qui dabunt, se rediturum, ut quisque ex libertis decesserit, alioue quo modo in auitate esse defierit, tantum ex sorte, quantum efficiet pro portione computatio. Diuus Pius Rubrio ad idam Telesphoro rescripsit. Cōsules, uocatis his, à quibus uobis alimenta deberi ex causa fideicommissi cōstitit: uel omnes ab uno, uel facta pro rata distributione, quid, & à quibus percipiatis, decernent. Fiscus



etiam, si eo nomine quid ab eo uobis debebitur, id exemplum sequetur. Iam nunc scatis, partis eorum, qui soluendo esse desierint, non pertinere ad onus reliquorum heredum. Hæc ille.

Multis proinde ac uarijs modis particulares executores scribuntur à testatoribus.

I. Solent heredes in certa bonorum parte sic institui, nè ullam præterea habeant potestatem, utq; reliqua omnia distribuantur ab executoribus. Et hi sunt executores particulares quidem, sed generaliter dati, nè in hoc fallaris. Longè enim distant ab executoribus uniuersalibus.

II. Scriptis heredibus in testamento, nonnumquã deputantur etiam boni uiri, ad exequendum specialiter unum aut alterum negotium.

III. Particulares executores, aliàs consueuerunt designari à testatore, ut nullum percipiant commodum rei, quam distribuere debent: nisi quòd fortè manusculum eis pro obsequio præstando relinquatur in testamento, ut tantò sint diligentiores. Et hos uocant meros executores.

III. Aliàs partiãpant de rebus ad executionem destinatis: ueluti, si legentur aliam quinque iugera, ut uenditis duobus, distribuatur pauperibus pecunia. Et hi iuxta legatarij sunt, atque executores: quamuis ad legatarios magis accedant. Quam differentiam considerauit Marcellus, in l. Si quis Titio. ff. De legat. ij. Si quis (inquit) Titio decem legauerit, et rogauerit, ut ea restituat Meuius,

uio, Mæuiusq; fuerit mortuus: Titij commodo ædit, nō heredis: nisi si duntaxat ut ministrum Titium elegit. Idem est, & si ponas usumfructum legatum. Fideicommissarius ergo nihil est aliud, quàm particularis executor, si rectè ad forum nostrum rem expendas.

QVI POSSINT DARI EXECVTORES IN TESTAMENTIS.

TIT. III.



Vemadmodum alij ad alia munera non sunt idonei: ita nec ad ultimas uoluntates passim omnes possunt designari executores.

I. Monachi arcentur ab ista functione: nisi ipetrata superioris licentia. c. fi. In priā. De testament. lib. vi. Quod si pernissu tali susceperint pro uindam exequendi: tum scire debent, nullo se priuilegio eximi, quò minus de fraude & culpa, ad instar aliorum, conueniri possint. Cle. I. De testament.

II. Pupillos, furiosos, mente captos, & similes non admitti, clarū est. l. Sed & si in seruū. ff. De recept. arbit.

III. Quid de minore xxv. maiore tamen xvij. annis? admittiturne ad executionem? Sunt qui hoc thema uarie disputant. Mihi uidetur, uix ullum tantæ futurum uesaniæ, ut executionem ultimæ uoluntatis adolescen-

ti committat: cuius uiam non magis intelligi Salomon di-  
cit, quàm auis uolantis in aëre.

Si tamen sic conueniat, uerior est sententia illorū,  
qui dicunt, cum non admitti. Quod & Speulator tan-  
dem adserit. Indignum enim est, administratorem fieri  
alienæ rei, qui in suis eget alterius auxilio. §. Item ma-  
ior. Instit. De excusationi. tuto. c. Indecorum. De etat. et  
qualita. Pre. terea: Executorem, ut satisfaciatur officio si-  
bi commisso, sæpe oportet uersari in iudicio: si quid for-  
tè sit exigendum ab inuitis. Sed maior xxv. annis non  
habet legitimam personam standi in iudicio. l. Exigen-  
di. C. De procurato. argumento à speciali casu ducto. c.  
Qui generaliter. Eod. tit. lib. vi. Ergo, frustrà deputa-  
retur minor xxv. annis executor testamentarius.

AN MULIER POSSIT ESSE  
EXECUTRIX.

TIT. V.



Amet si mulier ob fragilitatem sexus, à  
multis muneribus arceatur: & in pro-  
prijis rebus sæpe reuoat id, quod egit.  
l. i. ff. Ad senatuscon. Macedo. ad execu-  
tionem tamen testamentariam admitti ez-  
am, constat. ex. l. A filio, In princ. ff. De alimen. & abas-  
ri. legat. Mæuius infanti (inquit Scæuola) alumno meo,  
quin

quinquaginta dari uolo. Quæ (peto à te) suscipias Seia,  
 & usuras ei quinquantes in annum usq; uigesimum ætatis  
 præstes: cumq; suscipias & tuearis. Item, Institutio cola  
 legij committitur fœminæ hæredi, in. c. Nos quidẽ. De  
 testament.

Quoarcà Bartolus in. l. Alio hærede. ff. De ali  
 men. & cibari. legat. tractat hanc quæstionẽ. Est, uxo  
 rem à marito suo designatam esse executricem. Illa de  
 indẽ secundas contrahit nuptias. Finitur ne tum executio:  
 quemadmodum de tutela dicimus, iuxta Authẽ. Matri  
 & auæ. C. Quand. muli. tute. offia. Respondet ipse:  
 non finiri executionem per secundas nuptias. Similitu  
 dinis argumentum à tutela ductum refellit, data dissi  
 militudine. Nam tutela finitur de portatione. l. Si arro  
 gati, In prin. ff. De tutel. Executio autẽ minimẽ. l. Cum  
 pater. §. Hæreditatẽ. ff. De legat. ij. Vult igitur hoc  
 efficiere: quòd executio diffialius tollatur, quàm tu  
 tela.

Sed quum executio testamentaria, propter ne  
 gligentiam corũ, quibus est commissã, deuoluatur post  
 annum ad Episcopum. l. Nulli. Auct. liat. C. De Episc.  
 & cleric. c. Nos quidẽ. De testamẽt. & honestæ muli  
 eres, quales solùm ad executionẽ admittuntur, non sole  
 ant intra annum luctus nubere ob publicam honestatẽ,  
 etiam si licet pontificio iure. l. Semper. ff. De rit. nup  
 tia. c. si. De secund. nupti: quorsum igitur ptinet ista in  
 uestigatio? Respondeo. Potest pertinere ad eas execu  
 tiones, quæ uel annuæ sunt, uel longius quàm anni tem

pus exigunt: ut si testator uoluerit Xenodochium aedificari.

DE POTESTATE EXECUTORVM.

TIT. VI.



Quam potestatem executores habeant, ex uerbis testamenti colligendum est ante omnia. Nam eorum potestas tota dependet ex conuersione testatoris. Quod si ex uerbis illius non satis id appareat: tunc ad iuris interpretationem, sicut in omni negotio, confugiendum est.

- I. Ut scias, an possint uendere: refert inter uniuersalem & particularem ultimæ uoluntatis executorem. Uniuersalis, quia loco heredis est: quin possit, nemini est dubium. l. Nulli. C. De Episc. & cleric. Particularis uerò non uendit quidquam hereditariorum bonorum: nisi testator in testamentoauerit. l. Alio herede. ff. De alimen. & aba. lega.
- II. Executor, cui legatum aliquid est, uel bona fide commissum in testamento: is potest agere aduersus heredem. l. Si quis Titio. ff. De legat. .ij. Et ibi Bartolus. Alioquin purus executor nõ habet ullam iure, auiili uel canonico actionem. l. Luäus. §. Titia ex asse. ff. Ad senatusc. Trebellia. Veruntamen potest implorare officium iudicis,

*Quam potestatem executores habeant, ex uerbis testamenti colligendum est ante omnia. Nam eorum potestas tota dependet ex conuersione testatoris. Quod si ex uerbis illius non satis id appareat: tunc ad iuris interpretationem, sicut in omni negotio, confugiendum est.*

*Tit. VI.*

*Uniuersalis, quia loco heredis est: quin possit, nemini est dubium. l. Nulli. C. De Episc. & cleric. Particularis uerò non uendit quidquam hereditariorum bonorum: nisi testator in testamentoauerit. l. Alio herede. ff. De alimen. & aba. lega.*

*II. Executor, cui legatum aliquid est, uel bona fide commissum in testamento: is potest agere aduersus heredem. l. Si quis Titio. ff. De legat. .ij. Et ibi Bartolus. Alioquin purus executor nõ habet ullam iure, auiili uel canonico actionem. l. Luäus. §. Titia ex asse. ff. Ad senatusc. Trebellia. Veruntamen potest implorare officium iudicis,*

iudicijs, tam aduersus heredem, quam aduersus quoslibet detentores bonorum defuncti, ut ea tradant ad executionem faciendam. Quare, si executor habeat id, unde possit implere uoluntatem defuncti, uel heres offerat bona, quae ad hoc sufficiant: optimo iure potest designatus ad executionem compelli. l. Si quis Titio. ff. De legat. ij. Idem est, si ponas usumfructum legatum. Hac ratione utitur Panormitanus, ad conuertiendum ius auiile & canoniam.

III. Executores deputati ad distribuenda bona egenatibus: possunt ex suo numero aliam egenatibus laborantibus partem dare. Panormitanus in c. Cum in iure peritus. De officio delegat.

III. Potest alter executorum ab altero exigere id, quod debet: saluet, cum nemo est, qui persecutionem suscipiat. l. Si plures. ff. De administra. tutor. Si parens (inquit Ulpianus) uel pater, qui in potestate habet, destinauit testamento, quis tutorum tutelam gerat: illum debere gerere, Praetor putauit. Meritoque patris statuerunt uoluntati, qui utique filio recte prospexit. Tantumdem Praetor facit & de his, quos parens destinauit testamento, aut confirmauit: ut si parens, quem uelit tutelam administrare, declarauit: ille solus administraret. Ceteri igitur non administrabunt: sed erunt hi, quos uulgo honorarios appellamus. Nec quisquam puet ad hos periculum nullum redundare. Constat enim hos quoque, excussis prius facultatibus eius, qui gessit, conueniri oportere. Dati sunt enim quasi obseruatores

tores actus eius, & custodes: imputabiturq; eis quandoque, ac si male eum conuersari uidebant, suspectum non fecerint? Assidue igitur & rationem ab eo exigere eos oportet, & soliate curare, qualiter conuersetur: & si pecunia sit, que deponi possit, curare ut deponat ad prædiorum comparationem. Blandiuntur enim sibi, qui putant honorarios tutores omnino non teneri. Tenentur enim secundum ea, que supra ostendimus.

INTRA QVOD TEMPVS OPORTET  
EXECVTIONEM  
FIERI.

TIT. VII.



Illud conuenit inter omnes: annū præscribi regulariter ad executionem legatorum: quod tempus ædit à die monitionis, quam uel magistratus civilis uel ecclesiasticus fecerit. Authen. Hoc amplius. C. De fidei commiss.

Piorum uerò legatorum executioni sex menses dantur, numerandi ab insinuatione testamenti. Nouell. De ecclesiasti. tit. §. Si legatum.

Vtrunque autem accipiendum est: Primum ubi nullum tempus à testatore fuerit expressum. Nam illud omnino seruari oportet, ut supra probauimus. Deinde de his executionibus, que in faciendo consistunt, & tali tempore possunt expediri. Ceterum, si declarandi forte

forte arbitrij ratio tractetur: puta, testator reliquit pau-  
peribus, quos Sempronius esset electurus: tunc elapso  
anno Episcopus non potest arbitrari, teste Bartolo in  
l. Cum quidam. ff. De legat. II. quem sequitur Panor-  
mitanus in. c. Nos quidem. De testament. Longa enim  
differentia est inter executionem, & declarationem  
arbitrij: sicut & inter iudicem pronunãantem, & ex-  
ecutorem pronunãati.

II. Si res, cuius executio mandata est, extet in bo-  
nis testatoris: arte non debet heres sine legitima cau-  
sa differre ultimam uoluntatem. Nunquam enim in-  
dulgendum est damnosis dilationibus. l. Cum res. l.  
Domus. §. In pecunia. ff. De legat. I. l. Si pecuniam. ff.  
De legat. II. Quid ergo fiet? Ex bono & equo ma-  
gistratus negotium perpendet: utrum de tota heredi-  
tatis executione, an de una aliqua uel altera re traden-  
da tractetur, perpensis personarum & bonorum arcam  
stantijs.

Magistratum autem intellige ciuilem, uel ecclesia-  
sticum. Nam Panormitanus rectè notat, mixti esse huius-  
modi iurisdictionem fori: ut etiam iudex ciuilis ad exe-  
cutione piarum caussarum possit impartiri officium su-  
um, in. c. Si heredes. De testament. Per. §. Si quis adifi-  
catione. Nouel. De ecclesiast. tit. Est ergo locus præuen-  
tioni.

III. Quid autem, si legitima ex causa impediatur  
executor, adetne tempus annale uel semestre? Breuiter.  
Minimè adit. Quia primum: quomodo curret tempus  
ad



ad exequendum ei, qui non potest exequi? c. Quia diuersitatem. De conaſſio. præbend. c. Imputari. De regul. iuris lib. vi. Deinde, Episcopi officium supplet negligentiam executoris. Sed impediti nulla est negligentia. Ergo non potest se Episcopus ingerere. Ita tandem concludit Panormitanus, in repetitione. c. Cum esses. De testamen.

III. Quid autem, si nolit designatus à testatore suscipere executionem? Respondeo: Potest compelli, etiam si testator id prohibuisset in ultima uoluntate. c. Tua nobis. De testamen. Et quandoquidem multi ualde imprudenter hanc regulam adducant in forum, Panormitanus rectissime dicit: Pontificiam Romanum neque in dict. c. Tua nobis, neque alibi dearnere, quòd Episcopus ingerat se officio exequendi contra mentem testatoris. Itaque si in ultima uoluntate substitutus est alius in defectum executoris, non succedit Episcopus. Alioqui munere suo defendende ultime uoluntatis fungere debet. l. Nulli. c. l. Si quis ad declinandam. C. De Episc. c. cleric. Nouell. De ecclesiis. tit. §. Si quis autem pro redemptione.

V. Quod autem dictum est de compellendo executori, sic intelligendum est: si expresse uel tacite aliquid coeperit exequi, uel saltem ad tale munus suscipiendum consenserit. Argu. l. Vxor. §. i. ff. Ad leg. Faladi. l. Exsententia. ff. De testamenta. tutel. Ceterum inuitus, & re integra, nemo potest compelli ad officium quantumuis

tumuis pium: ut colligit Panormitanus ex .c. Ioannes.  
De testamen.

VI Omne tempus de exequendis testatorum uoluntatibus, cedit à die scientiæ, & aditæ hereditatis. l. Si statuliberi. §. Si quis heredi. ff. De statulibe. l. si. §. Sin autem dubius. C. De iur. deliberan. Panormitanus in .c. Nos quidem. De testament.

DE RATIONE AB EXECUTORIBVS REDDENDA.

TIT. VIII.



VILibet administrator alienarum rerum naturali ac ciuili ratione tenetur ratione reddere: cuius proinde inunitate nemo salua potest optare cōscientia. Nam, si recte administrauerit, quis non libenter edat probitatis suæ argumentum? Sin male, cur non multò magis urgendus fuerit, ut appareat æstimatione culpæ, uel fraudis? Quod sanè extra controuersiam est, & nè potest quidem impugnari.

Sed qua actione petitur rationis reddendæ editio? Bartolus in .l. i. §. Officio. ff. De tutel. & ratio. distrahent. distinguit. Aliàs enim coeptum est de alia causa iudicium,

diuum, puta, negotio quopiã inuicem gesto: & inuocatur iudicis officium mercenarium, hoc est, de seruiens instituta actioni. l. Non solum. ff. De rei uindicta. l. Aediles. Item sciendum. Et. l. Quod si nolit. ff. De edili. edict. Alias principaliter, nulla præcedente alterius cause controversia, petitur ratio administrationis gestæ: tunc utendum est actionibus. Si ex contractu, uel quasi ex contractu processit administratio, contractus pariet actionem. l. Quædam, in prinã. ff. De eden. Alioqui uel officio iudicis nobili, uel actione in factum exigi possunt rationes cum eo quod interest. l. Si quis ex. §. Ex hoc edicto. ff. De eden. Et hos locos ut scias rectè huc adduã, meminisse oportet: unan esse omnium administratorum honestatis regulam, quæ uult, ut de alienis rebus rationes conscribant, exhibituri quoties opus est. Ergo à simili ad omnes referendum est, quidquid de uno (quatenus huc pertinet) sanatum legimus.

Forma autem rationis reddendæ talis præscribitur iure & æquitate.

I. Omnis ratio est reddenda boni uiri arbitrio. l. Thais acilla. ff. De fideicommissa. liber. Sorore sua (inquit Scaeuola) herede instituta, de seruis ita cavit:

Βόλομαι καὶ κατὰ τὴν ἀρετὴν γλυκυτάτη με ἀδελφῆ, ἐν πρῶτα καταθήκη ἔχαρ Στίχορ καὶ Δάμαρ τοὺς πρῶτα γαμειντάς με, οὓς ἐγὼ οὐκ ἠλευθέρωσα, ἀλλὰ χρεῖς ἄρτους ψήφου ἀποκαταστήσωσι, ἐὰρ δ' ἐ καὶ σοὶ ἀρέσωσι, ἐμὴν σάσοι τὴν γνώμην μου.

Hoc est, Volo atque obsecro dulcissima mea soror, ut Stichum

Stichum & Damam actores meos tibi commendatos habes: quos ego tantisper manumissos esse nolo, donec rationes reddiderint. Sanè si tibi quoq; placuerint: significavi tibi mentem meam. Quæro, si paratis actoribus, heredes libertatem non præsent, dicendo, eos non placere sibi: an audiendi sint? Respondit. Non spectandum, quid heredibus displiceat: sed id quod uiro bono possit placere, ut libertatem consequantur.

II. Rationes sic reddendæ sunt, nè uel administrator, uel is, ad quem administratæ res pertinent, sit nimium delicatus. Nam sicut in rationibus ad commodum rei gestæ nihil præteriri debet: ita ex diuerso sumptus bona fide factos non oportet repudiare, ut indemnitatè consequatur administrator. l. i. ff. De tutel. & ratio. distrahen. Si pupillis (inquit Ulpianus) tutores pater dederit, interq; eos & libertum suum, per quem uoluerit tutelam administrari: & tutores certam summam ei statuerint, quia aliter se exhibere non potuerat: habendam eius rationè, quod statutum est, Mela existimat. Ergo & si ex inquisitione, propter rei notitiam, fuerit datus tutor, eiq; alimèta statuerint contutores: debet eorum ratio haberi: quia iusta causa est præstandi. Sed & si seruis abaria præfuerit, uel libertis, scilicet rei pupilli necessarijs: dicendum est, reputaturū. Idemq; est, & si liberis hominibus: si tamen ratio præstandi iusta intercedat. Item sumptus litis tutor reputabit, & uaticæ: si ex officio necesse habuit aliquò excurrere uel proficiat. Hæc ille.

III. Totius semel administrationis reddenda est ratio, nō partis alicuius, ut rectè diat Baldus, in. l. Si plures. C. De conditio. insert. Tabolenus. ff. De conditio. & demōstr. Cui fundus (inquit) legatus est, si decem dederit partem fundi consequi non potest, nisi totam pecuniam numerarit.

IIII. Omnium fructuum, qui p̄cepti sunt, & qui consuetudine cōmuni ex re administrata p̄cipi potuerunt, ratio est edenda. Modestinus in l. Sine herede. §. i. ff. De administra. tutor. Damnuū (ait) si quod accidit eo, quia cautiones soluti uectigalis inuenta non sunt: ad tutorem, cuius culpa admissa proponitur, minime p̄tinere, Modestinus respondit. Tutorem eorum reddituum nomine ratione pupillo reddere debere, qui ex fundo bona fide perapi potuerunt.

V. Eorum etiam, quæ non sunt administrata, reddenda est ratio l. ij. & iij. C. De heredib. tuto. Nam & c̄sationis (inquit Antonius) ratio reddenda est. Porrò, si legitima adferatur causa, quare nō potuerit, aut nō debuerit res geri, bene est. Sin minùs, Alexander Imperator latā culpam censet: omittit in alienis, quæ administrari oportuit. l. ij. C. Si tut. uel curat. non gesse.

VI. Instrumenta restituui, quæ ad res administratas p̄tinent, maxima pars est rationis reddendæ. Quare, si dolo id, aut culpa non fiat: iuratur in litē. Vlpianus in l. Si cui libertas. ff. De conditio. & demōstra. refert rescriptum hoc Pij Imperatoris. Aditi à uobis amplissimi consules, arbitrium dabunt, qui excusis rationibus, nō tantum,

tantum, quæ reliqua sunt Epaphoditi, constituent: uerū etiam quas rationes, quæq; instrumenta tradere, aut exhibere dominis suis debeat.

De iuramento autem in litem probatur in. l. i. ij. et l. Alio iure. C. De in lit. iuran. Vbi distinguitur inter administratorem, qui de dolo et omni culpa tenetur: et heredem eius, aduersus quē non nisi ex dolo et latiore culpa iuratur.

VII. Non solum rationem reddere: uerum etiam paria facere, hoc est, totū debitum præstare debet. Id aliās reliquum soluere dicitur, quasi nihil apud se retinere, quod ex calculo deberi compertum fuerit. l. Luāus Titius. ff. De manum. testament. Vlpianus in. l. Si quis ita. §. Si duo. ff. De statuliber. Nec uidebitur (inquit) conditio in persona alterius impleta, nisi id, quod cōputatione rationum habita reliquum fuerit, aut uterq; aut alter totū soluerit. Africanus. ff. De conditio. et demōstratio. Quāuis (inquit) rationes reddere, nihil aliud sit, quā reliqua soluere. Pulchra disputatio forensis est apud Calistratū in. l. Si seruus ita liber. ff. De conditio. et demonstra.

Verba igitur hæc, Facere paria, pertinent ad totū debitum, schlechte rechen schafft machen und bezahlen. l. Sticho libertas. §. si. ff. De statuliber. Et. l. Semper in auitate. §. Conductores, In si. ff. De iure immuni. Ex diuerso, ad partem debiti restantē pertinent, Reliqua trahere, Reliquari, Reliquatores: qui ex parte se à creditore exemerūt, et ex parte debitores manent, autore

Scæuola in.l.Creditor. ff. De solutio. Vbi Accursius com-  
 minisatur: reliquatorum diã ex mala administratione.  
 Reliquari enĩ uulgò diãmus, Eyn rest schuldich bleia  
 ben. l. Lucius Titius. & l. Debitũ. ff. De administra. tu-  
 to. Vlpianus in.l. Rescripto. ff. De munerib. & honori.  
 Eos demum (inquit) creditores accipere debemus, qui  
 ex administratione Reipublicæ reliquantur.

VIII. Si nomina sunt in ratione suspecta: tunc ab  
 eo, qui rationem reddit, exigitur probatio, debitores fu-  
 isse tempore contractus idoneos. l. Qui sub conditione.  
 ff. De conditio. & demonstra.

IX. Is, qui reddere rationes iussus est, non uidetur sa-  
 tisfacere, si reliquum reddat, nõ editis rationibus, ait  
 Pomponius in.l. Non solum. §. Is qui. ff. De liberatio. le-  
 gat. Scæuola in.l. si. Ibidẽ. Inter cætera (inquit) libertõ  
 ita legauit. Et si quid me uiuo gessit, rationes ab eo ex-  
 igi uero. Queritur, an chartas, in quibus rationes cõ-  
 scriptæ sunt, item reliqua secundum accepta & expen-  
 sa heredibus reddere debeat? Respondit. Ea de quibus  
 quæreretur, posse heredẽ uindicare. l. Si ita fuerit ser-  
 uis. §. Quæstio hæc. ff. De manumiss. & testament. In reli-  
 quis (inquit Vlpianus) accipere debemus, ut & ipsa ra-  
 tionum uolumina reddantur.

X. Qui rationes reddere debet, is potest impetra-  
 re à magistratu arbitrium (uulgò calculatorẽ uocãt) qui  
 de acceptis & expensis duntaxat cognoscat. l. Si cui li-  
 bertas. ff. De cõditio. & demõstratio. Et ibi Bartolus.

XI. Reddita semel ratione approbata: non potest ad-  
 minis

ministrator denuò urgeri ad iterandam calculandi mo-  
lestiã. l. Semel. C. De apoch. Est autẽ apocha græcè, re-  
ceptio latinè, putà chirographũ & confessio creditoris,  
numeratã sibi esse pecuniam à debitore totã, uel par-  
tẽ. Antipocha, quam debitor creditori facit ex scripto,  
præsertim de annuo debito. l. Si accepto latũ. ff. De ac-  
ptilatio. l. Si plures apochis. C. De fid. instru. l. si. §. Ti-  
tius. ff. De condictio. indebit. l. Qui tabulas. §. Apocha.  
ff. De furt.

Sed potestne reddendæ rationis necessitas remitti in-  
ter uiuos, uel ex ultima uoluntate per testatorẽ? Potest qui-  
dẽ. Verũm talis remissio non liberat à reliquis omninò  
soluendis, si quæ apud administratorem fuerint: multo  
minùs à dolo malo. Martianus. ff. De legat. I. Si seruus  
(inquit) uetitus est à testatore rationes reddere: nõ hoc  
cõsequitur, ut nec quod apud eum sit, reddat & lucrif-  
ficiat: sed ne scrupulosa inquisitio fiat, hoc est, ut ne-  
gligentis ratio nõ habeatur, sed tantũ fraudum. Idem  
probat Papinianus, in. l. Cũ tale legatum. §. Quid er-  
go. ff. De conditio. & demonstra. De plano itaq; cal-  
latio acceptorũ & perceptorũ expendetur, ut si quid a-  
pud se habeat reliquum, id præstet. l. Nec quicquã. §.  
De plano. ff. De offiã. Proconsul.

Eodem modo accipienda est liberatio alicui admini-  
stratori à testatore in ultima uoluntate relicta: quæ lu-  
crum rei alienæ contra ius nature nõ præstat. l. Aure-  
lius Symphorus. §. Filias heredes. ff. De liberati. legat.  
Filiã (inquit Scauola) heredes scripserat, quarũ fidei  
commis-



*commisit in hæc uerba. Ne à Caio Scio ratione actus rei  
 meæ, quæ per mensam, siue extrâ, in diẽ mortis meæ ge  
 sta est, exigatis, eoq; noie eũ liberetis. Quæsitũ est. Quũ  
 uniuersas rationes in diẽ mortis iste administrauerit,  
 & per mensam suam, & extra mensam, an ad rationes  
 reddendas hæreditibus teneatur? Respondit. Liberatio  
 nem quidem secundum ea, quæ proponerentur, legatam  
 esse: sed quatenus præstanda sit, ex qualitate discepta  
 tionis iudicem æstimaturum. Ulpianus ibid. Si quis ra  
 tiones (inquit) exigere uetetur (ut est sæpius rescri  
 ptum) nõ impeditur reliqua exigere, quæ quis ipse re  
 liquauit, & si quid dolo feãt, qui rationes gessit. Quod  
 si quis & hæc uelit remittere: ita debet legare, Damnas  
 esto hæres meus, quidquid ab eo exegerit illa  
 uel illa ratione: id ei restituere, uel  
 actionem ei remittere.*

FINIS.


INDEX COLLATIONIS IVRIS CIVILIS ET CANONICI.

<b>A</b> bsens	13.60.	Heres	29.64.
Accusatio	14.60.	Hereticus	31.64.
Accusatio mutua	14.60.	Impubes	36.66.
Accusationis prosecutio	18.60.	Inducæ	34.65.
Actio	11.59.	Instrumentum	37.66.
Adfinitas	19.61.	Interdictum	34.65.
Actus	28.	Iudex	32.64.
Appellatio	19.61.	Iudicium	35.65.
Arbiter	11.59.	Iuramentum	36.66.
Bona fides	21.51.	Legatus	38.66.
Cessio	26.62.	Libellus famosus	38.66.
Citatio	26.62.	Ludus	37.66.
Compensatio delictorum	25.62.	Magistratus	46.70.
Condictio ob turpem causam	27.63.	Mandata seu delegata iurisdictio	42.69.
Confiscatio	21.61.	Matrimonium	40.68.
Contractus	26.63.	Mulier	38.67.
Crimen	21.61.	Pater et filius	46.70.
Dos	27.63.	Patria	50.73.
Exemptio	28.63.	Patronus	51.73.
Fama	29.64.	Pœna	50.73.
Forum	29.63.	Possessio	49.72.
Fructus	29.64.	Potestas patria	48.71.
		Præscriptio	48.72.
		Procurator	49.72.
		Restitutio	52.74.
		Sententia	

## INDEX.

Sententia	53.74.	Stipulatio	54.75.
Sepultura	53.74.	Testamentum	56.75.
Sequestratio	53.74.	Testis	55.75.
Sors	54.75.	Vniuersitas	58.76.
Sponsalia	53.74.	Vsucapio	57.76.
Sportulæ	54.74.	Vsura	57.75.

FINIS.



OCN 902598396

